meam: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam: non in labijs dolosis. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Probasti cor meum et visitasti nocte: igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Ut nō loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorū custodiui vias duras. Perfice gressus meos ī semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurē tuā michi et exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperātes in te. A resistentibus dextere tue custodi me: vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum tuarū protege me: a facie impiorū q̄ me afflixerūt. Inimici mei aīam meā circūdederūt: adipē suū cōcluserūt: os eorum locutū ē supbiā. Proijciētes me nūc circūdederūt me: oculos suos statuerūt declinare in terrā. Susceperūt me sicut leo paratus ad predam:

⁊ sicut catulus leonis habitãs
in abditis E xurge domine p̄-
ueni eum et supplanta eũ. eripe
animam meam ab impio: fra-
meã tuam ab inimicis manus
tue. D omine a paucis de ter
ra diuide eos in vita eoruꝫ: de
absconditis tuis adimpletus ē
venter eorum S aturati sunt
filijs: ⁊ dimiserũt reliquias su
as paruulis suis E go autem
in iusticia apparebo conspectui
tuo: satiabor cũ apparuerit glo-
ria tua. an Inclina domine au
rem tuam michi ⁊ exaudi v̄ba
meã. an Inclinã aurem tuam
domine et exaudi nos qui sal-
uos facis sperantes in te

D Iligam te do- ps xvij
mine fortitudo mea: do
minus firmamentum meum ⁊
refugium meũ ⁊ liberator meꝰ.
D eus meus adiutor meus: ⁊
sperabo in eum P rotector me
us ⁊ cornu salutis mee: ⁊ susce
ptor meus L audans inuoca
bo dominum: ⁊ ab inimicis me
is saluus ero C ircumdederũt
me dolores mortis: ⁊ torrẽtes
iniquitatis conturbauerũt me
D olores inferni circũdederũt
me: p̄occupauerunt me laquei
mortis. I n tribulatione meã
inuocaui dominũ: ⁊ ad deũ me
um clamaui E t exaudiuit de
templo sancto suo vocem meã:
⁊ clamor meus in ꝯspectu eius
introiuit in aures eius C om
mota est et contremuit terra.
fundamenta montium contur
bata sunt ⁊ commota sũt: quo
niam iratus est eis. A scẽdit
fumus in ira eius. ⁊ ignis a fa
cie eius exarsit: carbones succẽ
si sunt ab eo I nclinauit celos
⁊ descendit: et caligo sub pedi-
bus eius. E t ascendit super
cherubin et volauit: volauit sup
pennas ventoruꝫ E t posuit te
nebras latibulum suum. in cir
cuitu eius tabernaculum eius:
tenebrosa aqua in nubibus ae-
ris P re fulgore in conspectu
eius nubes transierunt: grãdo
⁊ carbones ignis E t intonuit
de celo dominus. et altissimus
dedit vocem suaꝫ: grando ⁊ car
bones ignis E t misit sagittas
suas ⁊ dissipauit eos: fulgura
multiplicauit ⁊ ꝯturbauit eos
E t apparuerũt fontes aqua
rum: et reuelata sunt fundamẽ
ta orbis terrarum A b incre
patione tua domine: ab inspira
tione spiritus ire tue. M isit
de summo et accepit me: et as-
sumpsit me de aquis multis.
E ripuit me ď inimicis meis
fortissimis. et ab hijs qui ode-
runt me: quoniam confortati
sũt sup me. P reuenerunt me
in die afflictiõis mee: ⁊ factus

est dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinē:
saluum me fecit quoniam vo-
luit me. Et retribuet michi
dominus scd'm iusticiam meā:
⁊ scd'm puritatez manuū mea
rum retribuet michi Quia cu-
stodiui vias domini: nec impie
gessi a deo meo Quoniaʒ om-
nia iudicia ei9 in ꝯspectu meo:
⁊ iusticias ei9 non repuli a me
Et ero immaculatus cū eo:
et obseruabo me ab iniquitate
mea. Et retribuet michi do-
minus scd'm iusticiam meaʒ: ⁊
scd'm puritatem manuum mea
rum in conspectu oculorū eius
Cum sancto sanctus eris: et
cum viro innocente innocens
eris. Et cum electo electus
eris: ⁊ cum peruerso peruerte-
ris Quoniam tu populum hu
milem saluum facies: ⁊ oculos
superborum humiliabis Quo-
niam tu illuminas lucernā me
am domine: deus meus illumi-
na tenebras meas Quoniam
in te eripiar a temptatione: et
in deo meo transgrediar muꝝ
Deus meus īpolluta via ei9.
eloquia domini igne examina-
ta: protector ē omnū sꝑantiū
in se Quoniam quis deus pre
ter dominum: aut quis de9 pre
ter deum nostrum Deus qui
precinxit me v'tute: ⁊ posuit im

maculatam viam meaʒ Qui
perfecit pedes meos tanq̄ cer-
uorum: ⁊ super excelsa statuens
me. Qui docet manus meas
ad prelium: ⁊ posuisti ut arcum
ereum brachia mea Et dedi
sti michi protectionem salutis
tue: ⁊ dextera tua suscepit me
Et disciplinā tua correxit me
in finē: ⁊ disciplina tua ip̄a me
docebit Dilatasti gressus me
os subtus me: ⁊ non sunt infir
mata vestigia mea Persequar
inimicos meos et cōprehendā
illos: ⁊ non cōuertar donec de-
ficiant Confringaʒ illos nec
poterūt stare: cadent subtus pe
des meos. Et precinxisti me
v'tute ad bellū: ⁊ supplantasti in
surgētes in me sbtus me. Et
inimicos meos dedisti michi dor
sum: ⁊ odientes me dispdidisti
Clamauerunt nec erat qui
saluos faceret: ad dominum
nec exaudiuit eos. Et cōmi-
nuā eos ut puluerē ante faciez
venti: vt lutū platearū delebo
eos Eripies me de contradi-
ctionibus populi: cōstitues me
in caput gētiū Populus quē
non cognoui seruiuit michi: in
auditu auris obediuit michi.
Filij alieni mentiti sunt mi-
chi. filij alieni inueterati sunt:
⁊ claudicauerūt a semitis suis.
Viuit dn̄s et bn̄dictus deus

meus: ⁊ exaltetur deus salutis
mee. Deus q̄ das vindictas
michi ⁊ subdis pp̄los sub me: li
berator meus ꝺ inimicis meis
iracundis Et ab insurgentibꝫ
in me exaltabis me: a viro ini
quo eripies me. Propterea
cōfitebor tibi in natōibꝫ dn̄e:
⁊ nomini tuo psalmuꝫ dicam.
Magnificās salutes r̄gis eiꝰ.
⁊ faciēs misericordiā xp̄o suo
dauid: ⁊ semini eius vsqꝫ in se
culū ān Dn̄s firmamētū meū
⁊ refugium meum ān Uirtus
nostra dn̄e deus vera lux et̄na
salus: esto refugiū nostrum in
die nostre afflictōis v̄ Media
nocte surgebam ad confitēdū
tibi. Sup iudicia iustificatio
nis tue In iij nocṫno ps̄ xviij
CEli enarrant gloriam
dei: et opa manuū eius
annunciat firmamentū. Di
es diei eructat verbum: et nox
nocti indicat sciam Nō sunt
loquele neqꝫ sermones: quorū
non audiantur voces eoꝝ In
omnē terrā exiuit sonus eorū:
⁊ in fines orbis terre v̄ba eoꝝ
In sole posuit tabernaculū su
um: ⁊ ipe tanq̄ spōsus pcedēs
de thalamo suo Exultauit ut
gigas ad currendā viā: a sum
mo celo egressio eius Et oc
cursus eius vsqꝫ ad summum
eius: nec est qui se abscōdat a
calore eius Lex dm̄ immacu
lata conuertēs animas: testiō
niū dm̄ fidele. sapientiā p̄stans
puulis Iusticie dm̄ recte leti
ficantes corda: p̄ceptuꝫ dm̄ lu
cidum illuminans oculos Ti
mor dm̄ sanctus pmanet in se
culū seculi: iudicia dm̄ vera. iu
stificata in semetipā. Desi∂e
rabilia sup aurū ⁊ lapidē p̄cio
sum multum: ⁊ dulciora super
mel ⁊ fauū Etem seruꝰ tuus
custodit ea: in custodiendis ill'
retributio multa Delicta q̄s
intelligit. ab occultis meis mū
da me: ⁊ ab alienis parce ser
uo tuo Si mei non fuerint do
minati tūc immaculatus ero:
⁊ emundabor a delicto maxio.
Et erunt vt complaceāt elo
quia oris mei: ⁊ meditatio cor
dis mei in conspectu tuo semp
Dn̄e adiutor meus: ⁊ redem
ptor meus ān per estatem Nō
sunt loq̄le neqꝫ sermones quo
rū non audiantur voces eorū.
Per hiemem ān Legis tue do
mine testimonio nos conuerte
vt tuis illumiati p̄ceptis a no
stris mundemur occultis ⁊ ab
alienis. ps̄ xix.
Exaudiat te dn̄s i die tri
bulationis: ptegat te nomē di
iacob Mittat tibi auxiliū de
sancto: ⁊ de syon tueat̄ te Me
mor sit omnis sacrificij tui: et

holocaustum tuum pingue fiat Tribuat tibi scdm cor tuuz: et omne consiliũ tuũ cõfirmet. Letabimur in salutari tuo: et in noie dei nostri magnificabimur Impleat dñs oms petitões tuas: nũc cognoui qm saluũ fecit dñs xpm suũ. Exaudiat illuz de celo sancto suo: in potentatib salus dextere eius. Hij in curribus et hij in eqs: nos autẽ in nomine dei nostri inuocabim Ipi obligati sunt et ceciderũt: nos autẽ surreximus et erecti sumus. Dñe saluum fac regẽ: et exaudi nos in die q̃ inuocauerim te an Exaudiat te dñs in die tribulatõis. an Exaudi nos in die q̃ inuocauerimus nomen tuũ dñe. ps xx

Domine in virtute tua letabitur rex: et sup salutare tuũ exultabit vehementer Desiderium cordis eius tribuisti ei: et volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ Qm pũenisti eũ in bñdictõibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronaz de lapide pcioso. Uitã petijt a te et tribuisti ei: longitudinem diez in seculũ et i seculũ seculi Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et mgñũ decorem impones sup eũ. Qm dabis eũ in bñdictionẽ in seculũ secli: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Qm rex sperat in dño: et i miscdia altissimi nõ cõmouebitur. Inueniat manus tua omib3 inimicis tuis: dextera tua inueniat oms q te oderunt Pones eos vt clibanũ ignis in tpe vultus tui. dñs in ira sua cõturbabit eos: et deuorabit eos ignis. Fructum eoz de terra pdes: et semen eoz a filijs hoim Qm declinauerũt in te mala: cogitauerũt cõsilia que nõ potuerũt stabilire. Qm pones eos dorsum: in reliquijs tuis pparabis vultũ eoz Exaltare dñe in virtute tua: cãtabimus et psallemus vtutes tuas an Dñe in vtute tua letabitur rex. an Preueni nos dñe celesti bñdictõe vt in tua vtute letantes: et in tua pietate sperantes mereamur asseq pmissum beate imortalitatis pmiũ. vs Exaltare dñe in vtute tua Cantabimus et psallemus virtutes tuas Canticum hilarij epi pictauien qd ipe edidit. sed Ambrosius et Augustinus hoc ipm p ecclesias promulgarunt

Te deũ laudamus: te dominũ cõfitemur Te eternũ prem: omnis terra venerat Tibi omes angeli: tibi celi et vniuerse ptãtes Tibi cherubin et seraphin: incessabili voce proclamant Scũs Scũs Scũs

dn̄s deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie tue. Te gloriosus: apostolorum chorus. Te prophetarum: laudabilis numerus. Te martyrum candidatus: laudat exercitus. Te per orbem terrarum: sancta confitetur ecclesia. Patrem immense maiestatis. Venerandum tuum verum: et vnicum filium. Sanctum quoque paraclitum spiritum. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum. Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum. Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris. Iudex crederis esse venturus. Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos precioso sanguine redemisti. Eterna fac cum sanctis tuis gloria munerari. Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue. Et rege eos: et extolle illos vsque in eternum. Per singulos dies benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in seculum: et in seculum seculi. Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine: miserere nostri. Fiat mia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. In te domine speraui non confundar ineternum. ℣. Excelsus super omnes gentes dominus. Et super celos gloria eius. Ad laud. an̄. Indutus.

Dominus regnauit ps. xcij. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur. Parata sedes tua deus extunc: a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum. an̄. Indutus est dominus fortitudinem et precinxit se virtute alleluia.

Iubilate ps. xcix. alleluia alleluia. Iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. Introite in conspectu eius: in exultatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos. Populus eius et oues pascue eius: introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus: in eternum mia eius: et vsque in generatione et generationem veritas eius. an̄. Gloria et honor et benedictio sedenti super thronum viuenti in secula seculorum. ps. lxij.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter

tibi caro mea. In terra deser ta inuia et inaquosa. sic in scto appui tibi: vt viderē v̄tutē tuā et glām tuā. Q̄m melior ē mise ricordia tua super vitas: labia mea laudabūt te. Sic bn̄dicam te in vita mea: et in noīe tuo le uabo manus meas. Sicut adi pe et pinguedie r̄pleat aīa mea: et labijs exultationis laudabit os meū. Si memor fui tui sup stratū meū in matutinis medi tabor in te: q2 fuisti adiutor me us. Et in velamēto alar tuar exultabo. adhesit aīa mea post te: me suscepit dextera tua. Ip si vero inuanū quesierūt aīmā meā. introibūt in inferiora ter re: tradent in manus gladij p̄ tes vulpiū erūt. Rex vero le tabit in do. laudabunt omnes q̄ iurāt in eo: q2 obstructū ē os loquentiū iniq̄.

ps̄ lxvj

Deus misereat nr̄i et bn̄ dicat nob: illumiet vul tū suū sup nos. et misereat nr̄i. Ut cognoscamus in terra viā tuā: in omnibus gentibus salutare tuū. Cōfiteant tibi p̄pl̄i deus: cōfiteant tibi p̄pl̄i om̄s. Letent et exultēt gētes q̄m iudicas po pulos in eq̄tate: et gētes in t̄ra dirigis. Cōfiteant tibi p̄pl̄i de us. c̄fiteant tibi p̄pl̄i oēs: terra dedit fructū suū. Bn̄dicat nos deus deus nr̄. bn̄dicat nos deus: et metuāt eū om̄es fines terre.

An Deus misereat nr̄i et bn̄di cāt nob illuminet vultū suū su p nos et misereat nr̄i. Canticū triū puerorū Danielis. iij.

Benedicite om̄ia opa do mini dn̄o: laudate et su perexaltate eū in secula. Bn̄dici te āgeli dn̄i dn̄o: bn̄d celi dn̄o. Bn̄dicite aque om̄s q̄ sup ce los sunt dn̄o: bn̄d om̄s v̄tutes dn̄i dn̄o. Bn̄dicite sol et lūa do mino: bn̄d stelle celi dn̄o. Bn̄d oīs ymber et ros dn̄o: bn̄d oīs spūs dei dn̄o. Bn̄dicite ignis et estus dn̄o: bn̄d frigus et estas dn̄o. Bn̄dicite rores et pruina dn̄o: bn̄d gelu et frigus domino. Bn̄dicite glacies et niues do mino: bn̄d noctes et dies dn̄o. Bn̄dicite lux et tenebre dn̄o: bn̄d fulgura et nubes dn̄o. Bn̄ dicat terra dn̄o: laudet et super exaltet eū in secula. Bn̄dicite montes et colles dn̄o: bn̄d vni uersa germinantia in t̄ra dn̄o. Bn̄dicite fōtes dn̄o: bn̄d ma ria et flumina dn̄o. Bn̄dicite cete et omnia q̄ mouent in aq̄s dn̄o: bn̄d oēs volucres celi dn̄o. Bn̄dicite om̄s bestie et pecora dn̄o: bn̄d filij hoīm dn̄o. Bn̄di cāt isrl̄ dn̄o: laudet et superaltet eū in secula. Bn̄dicite sacerdo tes dn̄i dn̄o: bn̄d serui dn̄i dn̄o. Bn̄dicite spūs et aīe iustorū

dño: bñd sancti et humiles cor de dño Bñdicite anania aza ria misael dño: laudate et sup exaltate eũ in secula. Bñdi camus prẽ et filiũ cũ scõ spũ: laudemus et superaltemus eũ in secula Bñdcũs es dñe i fir mamẽto celi: et laudabilis et glo sus et superaltatus in secl'a an Bñdictõ et claritas et sapiã et graꝝ actõ honor vtus et fortitu do dõ nr̃o i secl'a seculoꝝ amẽ.

Laudate do ps cxlviij. minũ de celis: laudate eũ in excelsis. Laudate eum omẽs angeli eius: laudate eum oẽs vtutes eius. Laudate eũ sol et luna: laudate eum stel le et lumen Laudate euz celi celorum: et aque q̃ super celos sunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipe dixit et facta sunt: ipe man dauit et creata sunt. Statuit ea in etnũ et in seculũ seculi: pceptum posuit et non pteribit Laudate dñm de terra: dra cones et omẽs abissi. Ignis grã do nix glacies spũs pcellaruz: q̃ faciũt vbã eius Montes et omẽs colles: ligna fructifera et omẽs cedri. Bestie et vniuersa pecora: serpẽtes et volucres pẽ nate Reges terre et oẽs pp̃li: pncipes et oẽs iudices tre. Iu uenes et vgines senes cũ iunio ribus laudẽt nomẽ dñi: q: exal tatũ est nomẽ eius solꝰ Con fessio eius sup celum et terrã: et exaltauit cornu ppli sui Ym nus omĩb scis eius: filijs isrl' pplo appropinquãti sibi. cxlix.

Cantate dño canticũ nouũ: laus eius in eccl'a scõꝝ Lete tur isrl' in eo q̃ fecit euz: et filie syõ exultẽt in rege suo. Lau dẽt nomẽ eius in choro: in tym pano et psalterio psallãt ei Q uia bñplacitũ ẽ dño in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutẽ Exultabũt scĩ in gl'a: letabunt in cubilib suis Ex ultatões dei in gutture eoꝝ: et gladij ancipites i manib eorũ Ad faciendã vindictã in na tionibus: increpationes in po pulis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobi les eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudiciuz cõ scriptuz: gloria hec est omibus sanctis eius. ps cl Laudate dominum in sanctis eius: lau date eũ i firmamẽto vtutis eiꝰ Laud eũ in vtutib eiꝰ: lau date euz sm multitudinẽ mag nitudinis eius. Laudate euz in sono tube: laudate eũ in psal terio et cithara Laudate euz i tympano et choro: laudate eũ in cordis et organo Laudate eum in cimbalis bene sonanti bus laudate eum in cimbalis

iubilationis: omnis spūs laudet dominū In Sanctus scūs scūs dñs deus omps q erat et q est ⁊ q venturus est Ymnus per estatē

Ecce iam no- ctis tenuatᷣ vmbra: lucis aurora rutilans choruscat: nisibus totis rogitemus omēs cunctipotentē Ut deus nr̄ miseratus omnē: pellat languorē: tribuat salutē: donet ⁊ nob pietate patris regna poloꝝ Pre- stet hoc nobis deitas beata: patris ac nati: pariterqꝫ sācti spiritus: cuius resonat in omī gloria mūdo Per hiemē himnus

Eterne rerum cōditor: noctem diemqꝫ q regis: ⁊ tpm das tpa: vt alleues fastidiū Preco diei iā sonet: noctis ꝓfūde puigil: nocturna lux viantibꝫ: a nocte noctem segregans Hoc excitatus lucifer: soluit polū caligine: hoc omnis erroꝝ chorꝰ: viā nocēdi deserit Hoc nauta vires colligit: pōtiqꝫ mitescunt freta: hoc ipa petra eccl'e: canente culpā diluit Surgamus oēs strēnue: gallus iacētes excitat: ⁊ somnolētos increpat: gallꝰ negantes arguit Gallo canēte spes redit: egris salus refunditᷣ mucro latronis ꝯditᷣ: lapsis fides reuertitur Ihu labentes respice: et nos videndo corrige: si respicis lapsus cadūt: fletuqꝫ culpa soluitur Tu lux refulge sensibꝫ: mentisqꝫ somnū discute: te nr̄a vox pmū sonet: ⁊ vota soluamꝰ tibi Deo pr̄i sit gl'a: eiusqꝫ soli filio: cū spū paclito: ⁊ nūc et imppetuū Amē. Bñdcūs ps.
In matutinis dñe meditabor in te. Quia fuisti adiutor meꝰ

Am Ad pmam himnus

Iam lucis orto sidere: deū pcemur supplices: ut in diurnis actibꝫ: nos fuet a nocētibꝫ Lin- guā rfrenās tēperet: ne litis horror insonet: visū fouēdo contegāt: ne vaitates hauriat Sint pura cordis intima: absistat ⁊ vecordia: carnis terat supbiā: potus cibiqꝫ pcitas Ut cū dies abcesserit: noctēqꝫ sors rduxerit: mūdi p abstinētiā: ipi canamus gl'am Deo pr̄i sit gl'a

Deus deꝰ meꝰ rspice iñ me. quaꝛe me dereliqsti: lōge a salute mea vba delictorū meoꝝ Deus meꝰ clamabo p diē ⁊ nō exaudies: ⁊ nocte et nō ad insipiētiā michi Tu aᷣ in scō habitas: laus isrl' In te spauerūt pr̄es nr̄i: spauerūt et liberasti eos. Ad te clamauerūt ⁊ salui fci sūt: i te spauerūt ⁊ nō sūt ꝯfusi Ego aᷣ sū vmis ⁊ nō hō: obprobriū hoim ⁊ abiectio pleb Omēs vidētes me deriserunt me: locuti sunt labijs

et moueȓt caput Sperauit in dño eripiat eũ: saluũ faciat eũ qm̃ vult eũ. Om tu es q̃ extraxisti me de ventre. spes mea ab vberib⁹ mr̃is mee: i te ꝓiectus sum ex vtero. De ventre matris mee deus me⁹ es tu: ne discesseris a me. Om tribulatõ proxima est: qm̃ nõ ẽ q̃ adiuuet. Circũdederũt me vituli multi: thauri pingues obsederũt me. Aperuerũt sup me os suũ: sicut leo rapiens ꝛ rugiens. Sicut aq̃ effusus sum: ꝛ dispersa sunt om̃ia ossa mea. Factũ est cor meũ tanq̃ cera liquescẽs: i medio vẽtris mei. Aruit tãq̃ testa vĩtus mea ꝛ lingua mea adhesit faucib⁹ meis: ꝛ in puluerẽ mortis deduxisti me. Om circũdederũt me canes multi: cõsiliũ malignantiũ obsedit me. Foderũt manus meas ꝛ pedes meos: dinumerauerũt oĩa ossa mea. Ipi vero cõsiderauerũt ꝛ inspexerũt me. diuiserunt sibi vestimẽta mea: ꝛ sup vestẽ meã miserũt sortẽ. Tu autem dñe ne elõgaueris auxiliũ tuũ a me: ad defensionẽ meã ꝓspice. Erue a framea deus animã meã: ꝛ de manu canis vnicam meã. Salua me ex ore leonis: et a cornib⁹ vnicorniũ hũilitatẽ meã. Narrab⁹ nomẽ tuum fratrib⁹ meis: in medio eccl'ie laudab⁹ te. Qui timetis dñm laudate eũ: vniuersum semẽ iacob glorificate eũ. Timeat eũ om̃e semẽ isrl': qm̃ non spreuit neq; despexit dep̃catõem paup̃ris. Nec auertit faciẽ suam a me: ꝛ cũ clamarẽ ad euz exaudiuit me. Apud te laus mea in eccl'a magna: vota mea reddã in cõspectu timentium eum. Edent paupes ꝛ saturabũt. et laudabũt dñm q̃ req̃rũt eũ: viuent corda eoꝝ in seculũ seculi. Reminiscẽt ꝛ cõuertẽt ad dñm: vniuersi fines terre. Et adorabũt i cõspc̃tu eius: vniuerse familie gentiuz. Om dñi est regnuz: ꝛ ip̃e dñabit gẽtiũ. Mãducauerũt ꝛ adorauerũt om̃s pingues t̃re: in cõspectu eius cadẽt om̃s q̃ descẽdũt in t̃raz. Et aĩa mea illi viuet: ꝛ semẽ meũ s̃uiet ipi. Annũciabit dño generatio ventura. et ãnũciabũt celi iusticiã eius: p̃plo q̃ nascet quem fecit dñs.

Dominus regit ps xxij me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Sup aquã r̃fectõis educãuit me: animã meã cõuertit. Deduxit me sup semitas iusticie: ꝓpter nomẽ suũ. Nam ꝛ si ambulauero in medio vmbre mortis: non timeb⁹ mala qm̃ tu mecum es. Virga tua

⁊ baculus tuus: ipa me cõsola
ta sunt. Parasti in ꝯspcũ meo
mẽsam: aduersus eos q̃ tribu-
lãt me. Impiguasti in oleo ca-
put meũ: ⁊ calix meꝰ inebrians
q̃ p̃clarus est. Et mĩa tua sb-
sequet̃ me: oibꝫ diebꝫ vite mee.
Et vt inhabitẽ in domo dñi:
in longitudine dieꝝ. ps̃ xxiij
Domini ẽ t̃ra ⁊ plenitu
do eiꝰ: orb t̃raꝝ ⁊ vniuer
si q̃ habitãt in eo. Quia ip̃e su
ꝑ maria fundauit eũ: ⁊ sup flu
mina p̃pauit eũ. Quis ascẽdet
in mõtez dñi: ãut q̃s stãbit i lo
co scõ eius. Innocẽs manibꝫ ⁊
mũdo corde. q̃ nõ accepit in va
no aĩam suã: nec iurauit in do-
lo ꝓximo suo. Hic accipiet be
nedictõnẽ a dño: ⁊ miam a deo
salutari suo. Hec ẽ generatio
querẽtiũ eũ: querẽtiũ faciẽ dei
iacob. Attollite portas princi
pes vr̃as. et eleuamĩ porte eter
nales: ⁊ introibit r̃x gl'e. Quis
est iste rex gl'e: dñs fortis ⁊ po-
tẽs. dñs potẽs in p̃lio. Attol
lite portas p̃ncipes vr̃as. ⁊ ele-
uamĩ porte et̃nales: ⁊ introibit
rex gl'e. Quis ẽ iste rex glorie:
dñs v̄tutũ ip̃e est rex gl'e. xxiiij
Ad te dñe leuaui animã
meã: deus meꝰ in te cõ
fido nõ erubescaꝫ. Neqꝫ irride
ant me inimici mei: etenĩ vni-
uersi q̃ sustinẽt te nõ ꝯfundent̃
Cõfundãt̃ om̃s iniq̃ agẽtes:
sup̱uacue. Vias tuas dñe de-
monstra michi: ⁊ semitas tuas
edoce me. Dirige me in verita
te tua ⁊ doce me. q̃ã tu es deus
saluator meus: ⁊ te sustinui to-
tã die. Reminiscẽ miseratio-
nũ tuaꝝ dñe: ⁊ misc̃diãꝝ tuarũ
q̃ a seculo sunt. Delicta iuuen
tutis mee: ⁊ ignorãtias meas
ne memineris. Scd̃z miam tu
am memẽto mei tu: ꝓpt̃ bonita
tẽ tuã dñe. Dulcis ⁊ rectꝰ do
minus: ꝓpt̃ hoc legẽ dabit delin
quentibꝫ in viã. Diriget man
suetos in iudicõ: docebit mites
vias suas. Uniuerse vie domi-
ni mia et veritas: req̃rentibus
testamẽtũ eius ⁊ testiõnia eiꝰ.
Propt̃ nomẽ tuũ dñe ꝓpicia
beris pctõ meo: multũ est em̃.
Quis ẽ hõ q̃ timet dñm: legẽ
statuit ei in via quã elegit. A
nima eiꝰ in bonis demorabit̃: ⁊
semẽ eius hẽditabit t̃rã. Fir-
mamẽtũ ẽ dñs timẽtibꝫ euꝫ: et
testamẽtũ ip̃ius vt manifestet̃
illis. Ocl'i mei sp̱ ad dñm: qm̃
ip̃e euellet de lãqueo pedes me-
os. Respice in me ⁊ miserere
mei: quiã vnicus ⁊ pauꝑ sum
ego. Tribulatões cordis mei
multiplicate sunt: de necessitã-
tibus meis erue me. Uide hu
militatem meã ⁊ laborẽ meuꝫ: ⁊
dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos qm̄ multiplicati sūt: ⁊ odio iniquo oderūt me Custodi aīam meā ⁊ erue me: nō erubescā qm̄ spa ui in te. Innocētes ⁊ recti ad hęserūt michi: qꝛ sustinui te Libera deꝰ isrl': ex omnibꝫ tribulatōibus suis Gl'a ps̄ xxv

IUdica me dn̄e qm̄ ego i innocētia mea ingressus sum: ⁊ in dn̄o sperās non infirmabor Proba me dn̄e ⁊ tēptā me: ure renes meos ⁊ cor meū Qm̄ mīa tua añ ocl'os meos est: ⁊ cōplacui in veritate tua. Nō sedi cū ɔsilio vanitatis: ⁊ cū iniꝗ gerentibꝫ nō introibo Odiui eccl'am malignātiū: et cū impijs nō sedebo Lauabo int innocētes manꝰ meas: ⁊ circūdabo altare tuū dn̄e Ut audiā vocē laudis: ⁊ enarrem vniuersa mirabilia tua Dn̄e dilexi decorē domꝰ tue: ⁊ locū habitatōis gl'e tue Ne pdas cum impijs deꝰ aīam meā: ⁊ cū viris sanguinū vitā meā In quorꝫ manibꝫ iniqtates sūt: dextera eoꝝ repleta ē muneribꝫ Ego autē i innocētiā mea ingressus sum: redime me ⁊ miserē mei. Pes meus stetit i directo: in ecclījs bn̄dicam te dn̄e ps̄ liij.

DEus in noīe tuo saluuꝫ me fac: ⁊ i ṽtute tua iudica me Deus exaudi orōnē meā: auribꝫ pcipe ṽba oris mei Qm̄ alieni insurrexerunt aduersum me. ⁊ fortes quesierūt aīam meā: ⁊ nō pposuerūt deū añ ɔspcēm suū Ecce em̄ deus adiuuat me: et dn̄s susceptor ē aīe mee Auerte mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua disperde illos Uolūtarie sacrificabo tibi: et cōfitebor nomī tuo dn̄e qm̄ bonū ē. Qm̄ ex om̄i tribulatōe eripuisti me: ⁊ sup inimicos meos despexit oculus meꝰ

COnfitemī do ps̄ cxvij mino qm̄ bonus: qm̄ i seculū mīscd'ia eius Dicat nūc isrl' qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius Dicat nūc domus aaron: qm̄ in seculū misericordia eius Dicāt nūc q̄ timent dn̄m: qm̄ in seculuꝫ misericordia eius De tribulatiōe inuocaui dn̄m: ⁊ exaudiuit me in latitudīe dn̄s. Dn̄s michi adiutor: nō timebo quid faciat michi homo Dn̄s michi adiutor: ⁊ ego despiciā inīcos meos Bonuꝫ est cōfitere in dn̄o: ꝙ cōfitere in hoīe Bonū ē sperare in dn̄o: ꝙ sperare in pncipibus Omnes gentes circuierūt me: ⁊ in noīe dn̄i qꝛ vltus sum in eos Circumdātes circūdederūt me: ⁊ in noīe dn̄i quia vltus sum in eos. Circūdederūt me sicut apes. ⁊ exarserūt sicut

ignis in spinis: et in nomie dñi quia vltus sum in eos Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus ẽ michi in salutẽ. Uox exultatõnis et salutis: in taberna culꝰ iustoꝝ Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: dexterã dñi fecit virtutem Non moriar sed viuã: et narrabo opa dñi. Castigãs castigauit me dñs: et morti nõ tradidit me Apite michi portas iusticie. et ingressus in eas confitebor dño: hec porta dñi iusti itrabũt in eam Cõfitebor tibi qm̃ exaudisti me: et factꝰ es michi in salutẽ Lapidez quẽ reprobauerũt edificãtes: hic factus est in caput anguli A domino factũ est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec ẽ dies quã fecit dñs: exultemus et letemur in ea O dñe saluuz me fac. o dñe bñ pspare: bñdictus qui venit in noie dñi Bñdiximus vobis de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis. Cõstituite diẽ solemnẽ in cõdensis: vsq3 ad cornu altaris. Deus meus es tu et ɔfitebor tibi: deꝰ meus es tu et exaltabo te Cõfitebor tibi qm̃ exaudisti me: et fcũs es michi in salutẽ Cõfitemi dño qm̃ bonꝰ: qm̃ in seculum misedia eius

ps̃ cxviij. et totũ ẽ vnus ps̃ vsq3 in finẽ

Principes persecuti.

Beati immaculati i via: qui ambulant in lege dñi Beati q̃ scrutanẽ testimonia eius: in toto corde exqrũt eũ Non eñi qui opanẽ iniqtatẽ: in vijs eius ambulauerũt Tu mãdasti: mãdata tua custodiri nimis Utinã dirigãẽ vie mee: ad custodiẽdas iustificatões tuas Tũc non cõfundar: cuz pspexero in omnibꝰ mãdatis tuis. Confitebor tibi in directõne cordis: in eo q̃ didici iudicia iusticie tue. Iustificatõnes tuas custodiam: non me derelinquas vsq3quaq3. In quo corrigit adolescentior viam suã: in custodiendo sermones tuos In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tuã: vt non peccẽ tibi. Benedictus es domine: doce me iustificatõnes tuas In labijs meis: pronunciaui omnia iudicia oris tui In via testiõniorum tuorũ delectatus sum: sicut in omibz diuitijs In mãdatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: nõ obliuiscar sermones tuos Gloria patri.

Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore. Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tue. Adhesit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum. Vias meas enunciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimonijs tuis domine: noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

Simbolum anathasij episcopi rix alexandrini in egipto pro defensione fidei

Quicunque vult saluus esse: ante omnia opus est vt teneat catholicam fidem. Quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit: absque dubio in eternum peribit. Fides autem catholica hec est: vt vnum deum in trinitate. et trinitatem in vnitate veneremur. Neque confundentes personas: neque substantiam separantes. Alia est enim persona patris. alia filij: alia spiritus sancti. Sed patris et filij et spiritus sancti vna est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas. Qualis pater talis filius: talis spiritus sanctus. Increatus pater increatus filius: increatus spiritus sanctus. Immensus pater immensus filius: immensus spiritus sanctus. Eternus pater eternus filius: eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus. Sicut non tres increati nec tres immensi: sed vnus increatus et vnus immensus. Similiter omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens. Ita deus pater deus filius: deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dij: sed vnus est deus. Ita dominus pater dominus filius: dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus. Quia sicut singillatim vnamquamque personam deum ac dominum confiteri christiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus nec genitus. Filius a patre solo est: non factus nec creatus sed genitus. Spiritus sanctus

a pr̄e ⁊ filio: nō factꝰ nec crea-
tus nec genitꝰ ſ; ꝓcedēs. Unꝰ
ē pr̄ nō tres pr̄es. vnus filius
nō tres filij: vnꝰ ſpūs ſcūs non
tres ſpūs ſcti. Et in hac trini
tate nichil ṗus aut poſteriꝰ. ni-
chil maiꝰ aut minꝰ: ſ; tote tres
ꝑſone coetne ſibi ſunt et coeq̄-
les. Ita vt ꝑ oīa ſicut iā ſupͣdi
ctū ē: ⁊ vnitas in trinitate. et
trinitas in vnitate veneranda
ſit. Qui vult ergo ſaluus eſſe:
ita de tͥnitate ſentiat. Sed ne-
ceſſariū ē ad etnā ſalutē: vt in
carnatiōem q̄; dn̄i nr̄i ihu xp̄i
fideliť credat. Eſt ergo fides
recta. vt credamꝰ ⁊ ꝯfiteamur:
q2 dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s dei filꝰ deꝰ
⁊ hō eſt. Deus eſt ex ſbā pr̄is
an̄ ſecula genitꝰ: ⁊ hō ē ex ſbā
mr̄is in ſeculo natꝰ. Perfcūs
deus ꝑfectꝰ hō: ex aīa racōnali
⁊ hūana carne ſbſiſtēs. Equa
lis pr̄i ſcd̄m diuinitatē: minor
pr̄e ſcd̄m humanitatē. Qui li
cet deꝰ ſit ⁊ hō: non duo tn̄ ſed
vnꝰ ē xp̄s. Unꝰ aūt nō cōuerſio
ne diuinitatis in carnē: ſ; aſſū
ptōne humanitatis in deū. U
nus oīno: non cōfuſiōe ſbe ſed
vnitate ꝑſone. Na; ſicut aīa
rōnalis ⁊ caro vnus ē hō: ita
deꝰ ⁊ hō vnus ē xp̄s. Qui paſ
ſus ē ꝓ ſalute nr̄a deſcēdit ad
inferos: tercia die reſurrexit a
mortuis. Aſcēdit ad celos ſe

det ad dexterā dei pr̄is oīpotē-
tis: inde venturus ē iudicare vi
uos ⁊ mortuos. Ad cuiꝰ ad
uentu; oīs hoīes reſurgē hn̄t
cu; corporib; ſuis: ⁊ reddituri
ſunt de factis ꝓprijs rōnē. Et
q̄ bona egerūt ibūt in vitā eter
nā: q̄ vero mala in ignē etnum.
Hec ē fides catholica: quā ni
ſi quiſq; fideliter firmiťq; credi
derit ſaluꝰ eſſe nō poterit. an̄ ꝑ
eſtatē in dn̄icis Glo̾a tibi trini-
tas eq̄lis vna deitas et an̄ oīa
ſecula ⁊ nūc ⁊ imppetuum. Ab
oct̄ ephie vſq; ad lxx in dn̄icis
an̄ Adeſto deus vnꝰ oīpotēs pr̄
⁊ filꝰ ⁊ ſpūs ſcūs. In ferijs an̄
Deus exaudi orōnē meā auri
bus ꝑcipe vba oris mei. Capm
Domie mi. Yſaie xxxiij.
ſerē nr̄i. te eni expecta-
uimus eſto brachiū nr̄m i ma
ne. ⁊ ſalus nr̄a in tēpe tribula
tōnis. ℟ Ihu xp̄e fili dei viui
Miſerere nobis. ℣ Qui ſedes
ad dexterā dī pr̄is Miſerē. ℣ꝫ
Exurge dn̄e adiuua nos. Et li
bera nos ꝓpter nomen ſanctū
tuum. Kyrieleiſon. xp̄eleiſon
Kyrieleiſon. Pr̄ nr̄. ℣ Uiuet
aīa mea ⁊ laudabit te. Et iudi
cia tua adiuuabunt me. Erra-
ui ſic ouis q̄ perijt. Quere ſer-
uū tuū dn̄e qa mādata tua nō
ſu; oblitus. Credo. Carnis re
ſurrectōnē. Preces quotidiane

ET ego domine ad te cla
mavi. Et mane oratio
mea preueniet te. Repleat os
meũ laude. Ut cantẽ gl'am tu
am tota die magnitudinẽ tuaȝ
Dñe auerte faciẽ tuaȝ a pec
catis meis. Et oẽs iniq̃tates
meas dele Cor mũdũ crea in
me de⁹. Et spm̃ rectũ innoua i
visceribꝫ meis Ne pꝛoiicias me
a facie tua. Et spm̃ scm̃ tuũ ne
auferas a me Redde michi le
ticiã salutaris tui. Et spũ pnci
pali confirma me. Eripe me
dñe ab hoie malo. A viro iniq̃
eripe me Eripe me d inimicis
meis de⁹ meus. Et ab insurgẽ
tibꝫ in me libera me Eripe me
de opantibꝫ iniq̃tatẽ. Et de vi
ris sanguinum salua me. Sic
psalmũ dicã nomĩ tuo in secl'm
seculi. Ut reddã vota mea de
die in diẽ. Exaudi nos de⁹ sa
lutaris nr̃. Spes oim̃ finiũ ter
re ꝛ in mari longe. Deus in
adiutoriũ meũ intẽde. Dñe ad
adiuuandũ me festina. Sancte
deus scẽ fortis scẽ ꝛ immorta
lis Miserere nobis Bñdic a
nima mea dño. Et oĩa q̃ intꝰ
me sunt nomĩ scõ eius. Bñ
dic aĩa mea dño. Et noli obli
uisci oẽs retributõnes eius.
Qui ꝓpiciat oĩbus iniq̃tati
bus tuis. Qui sanat oẽs in
firmitates tuas. Qui redimit
de interitu vitã tuã. Qui coro
nat te in mĩa ꝛ miseratõibus.
Qui replet in bonis desideriũ
tuuȝ Renouabit ut aq̃le iuuẽ
tus tua Confiteor Dignare
dñe die isto Sine pcõ nos cu
stodire Miserẽ nr̃i dñe Mise
rere nr̃i Fiat mĩa tua dñe su
p nos. Queãdmodũ spauim⁹
Sacerdo. Preces in xl. in te
tes tui induãt iusticia. Et scti
tui exultẽt Dñe saluũ fac rgẽ
Et exaudi nos i die q̃ inuoca
uerimus te Saluũ fac populũ
tuũ dñe Et bñdic hẽditati tue
ꝛ rege eos ꝛ extolle illos vsqȝ
ineťnũ Pro infirmis ꝛ capti
uis. Libera de⁹ isrl' ex omibus
tribulatõnibꝫ suis Pro fideli
bus defũctis. Requiẽ etnã do
na eis dñe ꝛ lux ppetua luceat
eis Requiescãt i pace Amẽ.
Oremus eciã ꝓ pctĩs ꝛ negli
gẽtijs nr̃is. Dñe ne memineris
iniq̃tatũ nr̃aꝝ antiq̃ꝝ cito an
ticipent nos mĩe tue q2 paupes
fcti sum⁹nis Adiuua nos d's
salutaris nr̃. Et ꝓpt gl'aȝ nois
tui dñe libera nos ꝛ ꝓpici⁹ esto
pctĩs nr̃is ꝓpt nomẽ tuũ. Sal
uos fac seruos tuos et ãcillas
tuas. De⁹ meus sꝑantes in te
Mitte eis auxiliũ de scõ. Et
de syõ tuere eos. Esto nobis
dñe turris fortitudis. A facie
inimici Exaudi dñe vocẽ meã

q̄ clamaui ad te Miserē mei ⁊ exaudi me ps Miserē Exur ge dn̄e adiuua nos. Et libera nos ppt nomen scm̄ tuū Dn̄e de⁹ vrtutū cōuerte nos. Et ośn de faciē tuā ⁊ salui erim⁹ Do mine exaudi. Et cla. Dn̄s vo.

Dn̄e deus oṗns q̄ nos ad p̄ncipiū hui⁹ diei venire fecisti: tua nos hodie salua vtu te: ⁊ cōcede: vt i hoc die ad nul lū declinem⁹ pc̄m: sꝫ sp ad tuā iusticiā faciēdā nr̄a p̄cedāt elo quia. dirigāt cogitatōes ⁊ opa vt p totū hūc diē exultātes in tua iugit laude letemur. p do.

Preciosa in ɔspcū dn̄i Mors scōꝝ ei⁹ Exultabūt sc̄i i gl̄a Letabunt in cubi. Collecta

Omnes sc̄i cū electa dei genitrice maria: interce dere dignent p nob ad dn̄m: ut nos mēamur adiuuari ab eo. Qui viuit ⁊ r̄g. Deus in ad iutoriū meū inte̅. Dn̄e ad ad iuuādū me festina Dn̄e de⁹ in adiu. me. intē. Dn̄e ad adiuuā dū me fe. Dn̄e de⁹ fortis ⁊ cle mēs in adiu. me. intē. Dn̄e ad adiuā. me fe. Gl̄a. p. ⁊ fi. ⁊ s. s. Sicē erat in p̄n. ⁊. n. ⁊ s. ⁊ i. s. s. Amē. kyriel. xpel. kyriel. pr̄ nr̄ Et ne. Et veniat sup nos mi sericordia tua dn̄e. Salutare tuū scd̄m eloquiū tuū. Dn̄e respice in seruos tuos ⁊ i opa tua. Et dirige filios eoꝝ. Et sit splendor dn̄i dei nr̄i sup nos Et opa manuū nr̄aꝝ dirige su p nos ⁊ op⁹ manuū nr̄aꝝ diri. Dirigere ⁊ Oremus

Dirigere ⁊ sanctificaē digneris do mine deus oṗs hodie corda et corpa nr̄a in lege tua: ⁊ in opi bus mādatoꝝ tuoꝝ: vt h̄ ⁊ ine ternū te auxiliāte sp salui esse Actōnes Alia col' mēamur nr̄as q̄s dn̄e aspirādo p̄ueni et adiuuādo ɔseq̄re: vt cūcta nr̄a opātio a te sp incipiāt: ⁊ p te incepta finiatur. Per. d. n. i. x. f. t. q. te. vi. ⁊ r̄g. de⁹ p om̄ia. s. s.

Nunc scē Ad iij ym̄us Nunc scē nob spūs: vnū prī cuꝫ filio: dignare p̄mpt⁹ ingeri: nr̄o ffusus pectori Os lingua mēs sensus vigor: ɔfessionē psonēt: flāmescat igne caritas: accēdat ardor p̄ximos Presta pr̄ pijssime

Legē pone michi dn̄e vi am iustificatōnū tuaꝝ: ⁊ exq̄rā eā sp Da mihi itellec tū ⁊ scrutabor legē tuā: ⁊ custo diā illā i toto corde meo De duc me i semitā mādatoꝝ tuo rū: q2 ipam volui Inclina cor meū in testiōnia tua: ⁊ nō i a uariciā Auerte oculos meos ne videāt vanitatē: i via tua vi uifica me Statue fuo tuo elo qū tuū: i tiore tuo Amputa obprobriuꝫ meū q̄d suspicatus

ſum: quiā iudiciā tua iocūda.
Ecce cōcupiui mādata tua:
in eq̄tate tua viuifica me. Et
veniat ſup me miā tua dn̄e: ſa-
lutare tuū ſcd̄m eloquiū tuum
Et rn̄debo exprobrantibꝫ mi
chi v̈bū: q2 ſpaui i ſmōibꝫ tuis
Et ne auferas d̄ ore meo v̈bū
v̈itatis vſq3q̄3: q2 i iudicijs tu
is ſupſperaui. Et cuſtodiā3 le
gē tuā ſp: in ſeculū 7 in ſeculu3
ſeculi. Et ambulabā in latitu
dine: q̄a mādata tua exquiſiui
Et loq̄bar de teſtimonijs tu-
is in cōſpcū regū: 7 nō ɔfunde
bar. Et meditabar in māda-
tis tuis: que dilexi. Et leuaui
mān9 meas ad mādata tua q̄
dilexi: 7 exercebar in iuſtifica-
tionibus tuis

Memor eſto v̈bi tui ſeruo tuo:
in q̄ michi ſpem dediſti. Hec
me ɔſolata ē in hūilitate mea:
q2 eloquiū tuū viuificauit me.
Superbi inique agebant vſq3q̄
q3: a lege aūt tua non declinaui
Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſe
culo dn̄e: 7 ɔſolatus ſum. De-
fectio tenuit me ꝑ pcc̄toribꝫ: de
relinq̄ntibꝫ legē tuam. Cātabi
les michi erant iuſtificatōnes
tue: in loco pegrinatōnis mee
Memor fui nocte nois tui do-
mine: 7 cuſtodiui legē tuā. Hec
facta eſt michi: q2 iuſtificatōes
tuas exq̄ſiui. Porcō mea dn̄e:
dixi cuſtodire legē tuā. Dep-
cat9 ſum faciē tuā in toto cor-
de meo: miſerere mei ſcd̄m elo
quiū tuū. Cogitaui vias me-
as: 7 ɔuerti pedes meos in te-
ſtimonia tua. Parat9 ſu3 7 nō
ſum turbat9: ut cuſtodiā māda
ta tua. Funes pcc̄toꝝ circum-
plexi ſunt me: 7 legē tuā nō ſū
oblit9. Media nocte ſurgeba3
ad ɔfitendū tibi: ſup iudiciā iu
ſtificatōis tue. Particeps ego
ſum oīm timētiū te: 7 cuſtodiē
tiū mādata tua. Miſcd̄ia tuā
dn̄e plena ē t̄ra: iuſtificatōnes
tuas doce me

Bonitatē feciſti cū ſuo tuo dn̄e
ſcd̄m v̈bū tuū. Bonitatē 7 di-
ſciplinā 7 ſciam doce me: quiā
mādatis tuis credidi. Priuſq̄
humiliarer ego deliq̄: ꝑpterea
eloquiū tuū cuſtodiui. Bonus
es tu: 7 in bōitate tua doce me
iuſtificatōs tuas. Multiplicata
ē ſup me iniq̄tas ſupboꝝ ego aūt
i toto corde meo ſcrutabor mā
data tua. Coagulatum eſt ſi-
cut lāc cor eorum: ego vero le-
gem tuam meditatus ſu3. Bo
num michi quia humiliaſti me
vt diſcam iuſtificationes tu-
as. Bonū michi lex oris tui:
ſup milia auri 7 argēti. Man9
tue dn̄e fecerūt me. et plaſmaue
runt me: da michi intellcc̄tm vt
diſcam mandata tuā. Qui

timent te videbūt me· et letabū
tur: q2 in vba tua supsperaui·
Cognoui dñe q2 equitas iu-
dicia tua: et in veritate tua hu-
miliasti me· Fiat mia tua vt
ꝯsolet me: ẜm eloquiū tuū ẜuo
tuo Ueniant michi miſatōes
tue et viuā: q2 lex tua meditatō
mea est Cōfundant̄ ſupbi· qa
iniuste iniqtatē fecerūt in me:
ego aūt exercebor in mādatis
tuis· Cōuertant̄ michi timē
tes te: et q nouerūt testimonia
tua Fiat cor meū immacula
tū in iustificatiōib9 tuis: vt nō
cōfundar Per estatē añ in dñi
cis Laus et perhennis glā deo pa
tri et filio scto simul pacliṫo in
secula seculoꝝ· Per hiemē añ
in dñicis Te vnū in sbstantia
trinitatē in psonis confitemur
Capitulum dñicale· R· Inclinā cor
meū deus In testimonia tua·
V Auerte oculos meos ne vi-
deant vanitatē in via tua viui
fica me· In testi· Glā· Inclinā·
V Adiutor me9 esto dñe ne de
relinquas me· Neqz despicias
me deus salutaris meus In fe
rijs añ Deduc me dñe in semi
ta mandatoꝝ tuorum Capitulum
Sana me Iheremie xvij·
dñe et sanabor: saluus me
fac et saluus ero: qm̄ laus mea
tu es R Sana anima meam
Quia peccaui tibi V Ego dixi

dñe miserere mei· Quia· Glā
Sana· V Adiutor meus esto
dñe ne derelinqs me· Neqz de-
Ad sextam himnus spicias
Rector potens verax de-
us: q temperas rerū vi
ces: splendore māne instruis: et
ignib9 meridiē· Extingue flā-
mas litiū: aufer calorē noxiuz
confer salutē corporū: veramqz
pacem cordiū Prā pr̄ pijssime
Defecit i salutari tuo ai
ma mea: et in vbū tuū
supsperaui Defecerunt oculi
mei in eloquiū tuū: dicētes qn̄
consolaberis me Quia factus
sum sicut vter in pruina: iustifi
catōes tuas non sum oblitus·
Quot sunt dies serui tui: qn̄
facies de psequentib9 me iudiciū
Narrauerunt michi iniq fa-
bulatōnes: sed non vt lex tuā·
Omnia mādata tua vitas: iniq
psecuti sūt me adiuuā me· Pa
aulominus ꝯsummauerūt me
i tra: ego aūt nō dereliq māda
ta tua Scdm miam tuā viui-
fica me: et custodiā testimonia
oris tui In eternū dñe: verbum
tuū pmanet in celo· In gene-
ratiōe et generatōnem veritas
tua: fundasti terrā et pmanet·
Ordinatōne tua pseuerāt di-
es: qm̄ omnia seruiunt tibi Ni
si q lex tua meditatio mea est:
tūc forte perissem in hūilitate

mea. In eternū nō obliuiscar
iustificatōes tuas: q2 in ipis vi
uificasti me. Tu9 sū ego saluū
me fac: qm̄ iustificatiões tuas
exq̄siui. Me expectauerūt pec-
catores vt pderēt me: testimo-
nia tua intellexi. Omis cō sum
matōis vidi finē: latū mādatū
tuū nimis. Quomō di
lexi legē tuam dn̄e: tota
die meditatō mea ē. Sr inicos
meos prudētē me fecisti māda
to tuo q2 i etnū mihi ē. Sr oēs
docētes me intellexi: q2 testimo
nia tua meditatō mea ē. Sup
senes intellexi: q2 mādata tua
q̄siui. Ab omi via mala phi-
bui pedes meos: ut custodiā ver
ba tua. A iudicijs tuis non
declinaui: q2 tu legē posuisti mi
chi. Quā dulcia faucib9 meis
eloqa tua: sup mel ori meo. A
mādatis tuis itellexi: ppterea
odiui oēm viā iniqtatis. Lu-
cerna pedib9 meis vbū tuū: 7
lumē semitis meis. Iuraui 7 sta
tui: custodire iudicia iusticie
tue. Humiliatus sum vsqq̄q3
dn̄e: viuifica me scd̄m vbū tuū.
Uolūtaria oris mei bn̄placi
ta fac dn̄e: 7 iudicia tua doce
me. Aia mea in manib9 meis
sp: 7 legē tuā nō sū oblit9. Po
suerūt pctores laqueū michi:
7 de mādatis tuis non erraui.
Hereditate acq̄siui testimo-
nia tua ietnū: q2 exultatō cor
dis mei sūt. Inclinaui cor meū
ad faciēdas iustificatōs tuas i
eternū ppt retributōz.
Iniqs odio habui: et legem tuā
dilexi. Adiutor et susceptor
meus es tu: et in vbum tuum
supsperaui. Declināte a me ma
ligni: et scrutabor mādata dei
mei. Suscipe me scd̄m eloqum
tuum et viuā: et nō cōfundas
me ab expectatōe mea. Adiu
ua me 7 salu9ero: 7 meditabor
in iustificatōib3 tuis sp. Spre
uisti oms discedētes a iudicijs
tuis: q2 iniusta cogitatio eo2.
Preuaricātes reputaui oēs
pctores terre: ideo dilexi testi-
moia tua. Cōfige timore tuo
carnes meas: a iudicijs eni tu
is timui. Feci iudiciu3 7 iusti
ciā: nō tradas me calumniāti-
bus me. Suscipe seruū tuu3 in
bonū: nō calumnient me supbi.
Oculi mei defecerunt in salu-
tare tuu3: et in eloqum iusticie
tue. Fac cum seruo tuo scd̄m
miām tuā: et iustificatōnes tu
as doce me. Seruus tuus sum
ego: da michi intellectū vt sci-
ām testimonia tua. Tps faciē
di dn̄e: dissipauerunt legē tua3.
Ideo dilexi mandata tua: su-
per aurum et topazion. Prop
terea ad omnia mandata tua
dirigebar: omnē viam iniquā

eũ meus stetit in viã rectã in ecclesijs bñdicã te dñe Et miserẽ ℣ Ab occultis meis mun da me dñe. Et ab alienis parce seruo tuo ¶ feria secunda Inuitat. Venite Exultemus

S Omno re hymnus dño fectis artubus: spreto cubili surgimus: nobis pr̄ canentibus: adesse te deposcim⁹ Te lingua pmũ cõcinat: te mẽtis ardor ambiat: vt actuũ sequẽtiũ: tu sancte sis exordiũ Cedãt tenebre lumini: ⁊ nox diurno sideri: ut culpa quã nox intulit: lucis labescat munere. Precamur item supplices: noxas vt oẽs amputes: ⁊ ore te canentiũ: lauderis imppetuum Pre sta pater pijssime ps̄ xxvi

D Ominus illuminatio mea et salus mea: quem timebo Dominus ptector vite mee: a quo trepidabo Dum appropiant sup me nocẽtes: vt edãt carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderunt Si cõsistant aduersum me castra: nõ timebit cor meũ Si exurgat aduersum me preliũ: in hoc ego spabo Unã petij a dño hãc requirã: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebꝫ vite mee Ut videã voluntatẽ dñi: ⁊ visitẽ templuꝫ eius Quoniã abscondit me in tabernaculo suo in die malorũ: ptexit me in abscõdito tabernaculi sui In petra exaltauit me: ⁊ nũc exaltauit caput meũ super inimicos meos Circuiui ⁊ immolaui in tabernaculo ei⁹ hostiã vociferatõis: cantabo ⁊ psalmũ dicã dño Exaudi dñe vocẽ meaꝫ qua clamaui ad te: miserere mei ⁊ exaudi me Tibi dixit cor meuꝫ. exquisiuit te facies mea: faciẽ tuã dñe requiram Ne auertas faciẽ tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo Adiutor meus esto ne derelinqs me: neqꝫ despicias me deus salutaris meus Quoniã pat meus ⁊ mater mea dereliquerũt me: dñs aũt assumpsit me. Legeꝫ pone michi dñe in via tua. ⁊ dirige me in semita rctã: ppter inimicos meos Ne tradideris me in aĩas tribulantiũ me: qm̃ insurrexerũt in me testes iniqui. ⁊ mẽtita est iniquitas sibi Credo videre bona domini: in terra viuentiũ Expecta dñm viriliter age. ⁊ cõfortetur cor tuum: ⁊ sustine dñm.

A D te dñe cla ps̄ xxvij. mabo de⁹ me⁹ ne sileas a me. neqñ taceas a me: ⁊ assimilabor descẽdentibus in lacum

Exaudi dñe vocē deprecatio-
nis mee dum oro ad te: dum ex
tollo manus meas ad templū
sanctū tuū. Ne simul tradas
me cum pctōribus: ⁊ cū opan-
tibus iniquitatē ne perdas me
Qui loquunt̄ pacē cū proximo
suo: mala autē in cordib⁹ eorū
Da illis scd̄m opera eoruz: ⁊
scd̄m nequiciā adinuentionuz
ipsorū Scd̄m opa manuū eoꝝ
tribue illis: redde retributōnē
eorū ipsis Qm̄ non intellexerūt
opera dñi ⁊ in opera manuum
eius destrues illos: ⁊ non edifi
cabis eos Benedictus dñs: qm̄
exaudiuit vocē deprecatōis mee.
Dñs adiutor meus ⁊ protector
me⁹: ⁊ in ipso sperauit cor meū
⁊ adiutus sum Et refloruit ca
ro mea: ⁊ ex voluntate mea cō
fitebor illi Deus fortitudo ple
bis sue: ⁊ protector saluationum
xp̄i sui est Saluū fac populum
tuū dñe et bn̄dic hereditati tue:
et rege eos ⁊ extolle illos vsq̄
ineternum. an. Dñs defensor vi
te mee. ps xxviij
Afferte dño filij dei: affer
te dño filios arietū. Afferte
dño gloriā ⁊ honorē afferte do-
mino gloriam nomi eius: ado-
rate dñm in atrio sancto eius
Vox dñi super aquas. de⁹ ma
iestatis intonuit: dñs sup aq̄s
multas Vox dñi in v̄tute: vox
dñi in magnificentia Vox do
mini cōfringentis cedros: ⁊ cō
fringet dñs cedros libani Et
cōminuet eos tāq̄ vitulū liba-
ni: ⁊ dilectus quēadmodū fili⁹
vnicornīū Vox dñi intercidē
tis flammā ignis. vox dñi con-
cutientis desertū: ⁊ cōmouebit
dñs desertū cades Vox dñi p̄
parātis ceruos. ⁊ reuelabit cō
densa: ⁊ in templo eius omnes
dicent gloriā Dñs diluuium
inhabitare facit: ⁊ sedebit dñs
rex ineternū. Dñs virtutem
populo suo dabit: dñs bn̄dicet
populo suo in pace ps xxix
Exaltabo te dñe qm̄ sus-
cepisti me: nec delecta-
sti inimicos meos sup me Do
mine deus meus clamaui ad te:
⁊ sanasti me Dñe eduxisti ab
inferno aīam meā: saluasti me
a descendentib⁹ in lacū Psalli
te dño sancti eius: ⁊ cōfitemi
memorie sanctitatis ei⁹. Qm̄
ira in indignatōe eius: ⁊ vita i
voluntate eius Ad vesperū de
morabit̄ fletus ⁊ ad matutinū
leticia Ego aūt dixi in abun
dātia mea: nō mouebor ineter-
nū. Dñe in volūtate tua: p̄sti
tisti decori meo v̄tutē. Auer
tisti faciē tuā a me: ⁊ fact⁹ sum
conturbatus. Ad te dñe cla
mabo: ⁊ ad deū meū deprecabor.
Que vtilitas i sanguine meo

dum descendero in corruptōnē
Nūqd cōfitebit tibi puluis:
aut annunciabit veritatē tuā
Audiuit dñs 7 misertus est
mei: dñs factus ē adiutor me⁹
Cōuertisti planctū meū in
gaudiū michi: concidisti saccū
meū 7 circūdedisti me leticia.
Ut cantet tibi gloria meā et
nō cōpungar: dñe deus meus
ineternū cōfitebor tibi an Ado
rate dñm in aula sancta eius.
In te dñe speraui ps xxx
non cōfundar ineternū: in
iusticia tua libera me Inclina
ad me aurē tuā: accelera vt e-
ruas me Esto michi in deum
ptectorē 7 in domū refugij: vt
saluū me facias. Qm fortitu
do mea 7 refugiū meū es tu: et
ꝓpter nomen tuū deduces me
7enutries me Educes me de
laqueo quē abscōderūt michi:
qm̄ tu es ptector me⁹ In ma
nus tuas cōmendo spm̄ meū:
redemisti me dñe deus veritatis
Odisti obseruātes vanitates:
supuacue. Ego autē in dño
spabo: exultabo 7 letabor in mi
sericordiā tua. Qm̄ respexisti
humilitatem meam: saluasti d
necessitatibus animam meam
Nec conclusisti me in mani-
bus inimici: statuisti i loco spa
cioso pedes meos Miserē mei
dñe quoniā tribulor: contur-
batus est in ira oculus meus.
7 anima mea 7 venter meus.
Quoniā defecit in dolore vi
ta mea: 7 anni mei in gemitib⁹
Infirmata est in paupertate
virtus mea: 7 ossa mea cōtur-
bata sunt. Super omēs inimi
cos meos fctus suā obprobriū
vicinis meis valde: 7 timor no
tis meis Qui videbant me fo
ras fugert a me: obliuioni da
tus sum tāq̄ mortuus a corde.
Factus suā tanq̄ vas perdi-
tum: quoniam audiui vitupera
tionem multorum commoran
tiū in circuitu In eo dum cō-
uenirent simul aduersum me:
accipere anīmā meā consiliati
sunt Ego autē in te spaui do
mine: dixi deus meus es tu in
manibus tuis sortes mee E
ripe me de manu inimicorū me
orum: 7 a persequentibus me.
Illustra faciem tuam sup ser
uū tuum. saluum me fac in mi
sericordia tua domine: nō con
fundar quoniam inuocaui te.
Erubescāt impij 7 deducant
in infernum: muta fiant labia
dolosa. Que loquuntur ad-
uersus iustum iniquitatem: in
superbia et in abusione Quā
magna multitudo dulcedinis
tue domine: quam abscondi-
sti timentib⁹ te Perfecisti eis
qui sperant in te: in conspectu

filioruȝ hominū. Absconde͂s
eos in abscondito faciei tue: a
conturbatōe hominū. Prote
ges eos in tabernaculo tuo: a
contradictōe linguarū Bene
dictus dn̄s: qm̄ mirificauit mi
sericordiā suā michi in ciuitate
munita Ego aūt dixi i excessu
mētis mee: piectus suȝ à facie
oculoꝝ tuorū. Ideo exaudisti
vocē orōnis mee: duȝ clamarē
ad te Diligite dn̄m om̄s san-
cti eius: qm̄ veritateȝ requiret
dn̄s ⁊ retribuet abūdant facie͂
tibus supbiam Viriliter agi-
te ⁊ ꝯfortetur cor vestrū: oēs q
sperātis in dn̄o. ps xxxi
Beati quoꝝ remisse sunt
iniquitates: ⁊ quoruȝ te
ctā sunt peccata. Beatus vir
cui non imputauit dn̄s pcm̄:
nec est in spū eius dolus Qm̄
tacui inueterauerūt ossa meā:
dum clamārem tota die Qm̄
die ac nocte grauata est super
me manus tua: cōuersus sum
in erūna mea dū cōfigit̄ spina
Delictū meū ꝯgnitū tibi feci
⁊ iniusticiā meam non abscōdi
Dixi confitebor aduersuȝ me
iniusticiā meā dn̄o: ⁊ tu remisi
sti impietatē peccati mei Pro
hac orabit ad te omnis sctūs:
in tp̄e oportuno. Verumtamē
in diluuio aquaꝝ multārū: ad
eum non approximabunt Tu
es refugiū meū à tribulatōe q̄
circumdedit me: exultatio mea
erue me a circumdātibus me.
Intellectū tibi dabo ⁊ instruā
te: in via hac quā gradieris fir
mabo sup te oclos meos No
lite fieri sicut equus ⁊ mulus:
quibus non est intellectus In
chamo ⁊ freno maxillas eorū
suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba. signate misteria. Conuescens eleuatus est Comedit et ascendit: vt per effectum videlicet comestionis veritas patesceret carnis Rm Ite in orbem vniuersum et predicate dicentes alleluia. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. alleluia alleluia alleluia v In nomine patris et filij et spiritussancti Qui v Eleuata est magnificentia tua alleluia. Super celos deus alleluia. Viri galylei quid Laudes aspicitis in celum hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet alleluia. an Cumque intuerentur in celum euntem illum dixerunt alleluia an Eleuatis manibus ferebatur in celum et benedixit eis alleluia an Exaltate regem regum et ympnum dicite deo alleluia an Videntibus illis eleuatus est et nubes suscepit eum in celum alleluia Caplm Primum quidem Ympnus

Tu criste nostrum gaudium: manens olimpho preditum mundi regis qui fabricam mundana vincens gaudia. Hinc te precantes quesumus: ignosce culpis omnibus: et corda sursum subleua: ad te superna gratia Vt cum rubente ceperis: clarere nube iudicis: penas repelle debitas: reddas coronas perditas. Tu esto Gloria tibi v Exaltare domine Sup bened an Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum deum meum et deum vestrum alleluia. Concede quesumus collecta. omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus. ipsi quoque mente in celestibus habitemus. Per eundem dominum Ad horas diei ane de laud Ad primam R Ihesu criste v Qui scandis super sidera Ad iij caplm Primum quidem. Rm Ascendit deus in iubilatione alleluia alleluia v Et dominus in voce tube v Ascendens cristus in altum alleluia. Captiuam duxit captiuitatem alleluia Ad vj caplm

Et conuescens precepit eis ab ierosolimis ne discederent: sed expectarent promissionem patris quam audistis inquid per os meum. R Ascendens xpus in altum alleluia alleluia. v Captiuam duxit captiuitatem v Ascendo ad patrem Viri galilei quid aspi ad ix cap citis in celum: hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. R Ascendo ad pa vesp in vigilia In ij vis ane de laudi. psi Dixit dominus. Confitebor Beatus vir. Laudate pueri. Laudate dominum omnes gentes caplm ymus et ver vt in primis vis Super magt an.

O rex glie dñe virtutū qui triumphator hodie sup oēs celos ascendisti ne derelinqs nos orphanos sed mitte pmissum patris in nos spm veritatis all'a. oro Cōcede qs Hoc mō dicatur vespe p octās Complet vt in pori nocte Feria vj inuitat Ascendēs cristus in altū all'a. ps Venite ymus Eterne. In noct. añ Exaltare dñe in virtute tua cātabim⁹ ⁊ psallem⁹ all'a ps Dñe in vir. añ Exaltabo te qm̄ suscepisti me all'a all'a ps Ipm añ Ascēdit deus in iubilatiōe ⁊ dñs in voce tube all'a. ps Oīes gētes. v Ascendēs crist⁹ in altū all'a Johēs criso.

Hodierna die dilectissimi frēs deo sum⁹ mira reconciliatōe sociati. Hodierna die humanū genus celestē miam meruisse cognoscit Hodie vetus illud iurgiū dissolutum ē. Hodie nobis pax mirāda donata ē que nūq̄ sperabat posse ꝯcedi: nā que spes erat deum velle humane reconciliari nature. nō quia crudelis dñs. sed quia cōtumax seru⁹. Rm Si em̄ nō abiero paraclit⁹ nō veniet ad vos. cum aūt abiero mittā eū ad vos Cū aūt venerit ille docebit vos oēm veritatem all'a v Nō em̄ loquet a semetipo ſʒ q̄cūq; audiet loquet et que vētura sunt ānnūciabit vobis Cū. ¶ Vis audire qd nr̄o vicio deus ad ꝯmotōem puocatus est. delebo inqd hoiem quē feci a facie terre. In tātuꝫ em̄ genus humanū pessime cōuersabat vt ipius terre habitatōe carere speraret R Ascendens xp̄us in altum all'a captiuam duxit captiuitateꝫ Dedit dona hoīb⁹ all'a all'a v Ascendit deus in iubilatōe et dñs in voce tube Dedit ¶ Sed nos qui et terra videbamur indigni hodie eleuati sumus ad celū ⁊ celoꝝ transiuim⁹ fines: ⁊ ipa sede regali decoramur. Et natura cui⁹ causa cherubin seruabat paradisum. a cherub sūmo cū honore suscepta ē R Non relinquā vos orphanos all'a vado et venio ad vos. Et gaudebit cor vr̄m all'a all'a v Pacē meam do vobis pacē relinq̄ vobis Ad laud añ Viri galilei. hec sola dicat ad laud. Cetere dicant ad hōs diei. capl'a ymi et v vt in die scō ¶ Per octās sup bñd āñ Rogabo p̄rem meum ⁊ aliū paraclitū dabit vob all'a Collecta p octās habeat sicut in die ⁊ eciā hore diei In vespis sup magt añ Euntes in mundū vniuersuꝫ p̄dicate euāgeliū oīm creature all'a. q̄ crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit salu⁹

erit all'a: qui vero non credide rit condempnabit all'a. Hee due añe dicant sup bñdi et magt p octãs ℭ Sabbato mutat. vts In noct añ Nimis exaltatu s es all'a sup oẽs celos all'a. ps Dñs regnuit ex añ Dñs in syõ all'a magnus et excelsus all'a ps Dñs regnauit iras. añ Dñs in celo all'a parauit sedem suã all'a. ps Bñdic ij v Ascendo ad pa trem meũ et pa. Lectões

Deus nobis iuste irascebat: et nos contempnebamus iratũ Et se mediũ cristus ingessit sedauit iurgiũ. sz multa fecit mlta sustinuit vt inimicum recõciliaret. et amicũ faceret. qui multo tpe fuerat inimicus ℟ Exaltare dñe all'a. In virtute tua all'a v Cantabimus et psallemus virtutes tuas dñe. Et hoz oĩm beneficio Lcõ ij ruz hodiernus dies materia fuit. et tãq primicias nature nr̃e deo dedit. Et sicut de segitibus detortis. si qs collectas spicas obtulerit deo. omis campus reportare bñdictõem pspicit. sic et cristus p illud corpus fecit nr̃am bñdici naturã ℟m Ponis nubem ascẽsum tuum dñe. Qui ambulas sup pennas ventoz all'a v Qui facis angelos tuos spũs et mĩstros tuos flãmã ignis Qui. Lcõ iij

Igitur nr̃e nature primicias obtulit patri filius. et oblatum donũ miratus ẽ pater. quod et tanta dignitas offerebat. et qd offerebat. nulla macl'a fedabatur et suis manibꝫ suscepit oblatum: et sue sedis fecit esse participẽ. et quod plus ẽ ad partez sue dextere collocauit ℟ Nõ turbetur cor vr̃m ego vado ad patrem. et dũ assumptus fuero a vobis mittã vobis all'a spm̃ veritatis Et gaudebit cor vr̃m all'a v Ego rogabo prẽm et alium paraclitũ dabit vobis Et Ad vs Capl'm j petri iiij

Kmi: Estote prudẽtes et vigilate in orõnibus: ante omĩa autẽ mutuaz in vobis metipis caritatẽ cõtinuam habentes. quia caritas opit multitudinẽ pctõz Sup magt añ Collecta Euntes

Omñs sempiterne deus. fac nos tibi semp et deuotã gerere voluntatẽ: et maiestati tue sincero corde seruire Per dñz Dñica infra octãs ascensionis inuitato. ym̃ añe v ℟a et laud vt in die scõ habeant Ecom

In ill': Dixit iohem xv. ihesus discipulis suis Cũ venerit paraclitus quẽ ego mittam vobis a patre spm̃ veritatis qui a patre pcedit: ille testimoniũ phibebit de me Et reli.

Notandū in Omel' Bede. primis q͛ dñs spm̄ veritatis ꝛ a se mittendū testat̄. et eundez mox a patre ꝓcedere subiungit non quia idē spūs aliter a p̄re ꝓcedit. quā cū a filio mittitur aut alio tempe a p̄re procedit quā cum a filio mittit̄: sed ideo filius cū et a se mitti ꝛ a patre dicit ꝓcedere. vt aliam patris. aliam esse suam ꝑsonam desig net. ac in eadē distintōne ꝑsoā; ruz vnam esse opacionē ac vo; luntatez suam. cū volūtate pa; tris et opatōe denūciet ¶ Cū eniz eiusdē spūs gracia dat̄ ho minibus. mittitur ꝑfecto spūs a p̄re. mittit̄ et a filio' ꝓcedit a patre. ꝓcedit et a filio. quia ei us missio ipa processio est qua ex p̄re ꝓcedit et a filio ¶ Ue; nit ꝛ sua sponte. quia sicut coe; qualis est p̄ri et filio ita eandē habet volūtatem cū p̄re et filio cōmunē Spūs enim vbi vult spirat: et sicut apl'us enumera tis donis celestibus ait. hec om nia opat̄ vnus atq͛ idem spūs diuidens singulis ꝓut vult Ad laud tercia et ad vs capl'm et coll' vt in p̄mis vis Cetera vt in die scō Sup magt añ. Cuz venerit paraclit⁹ quē ego mit; tam vobis spm̄ veritatis qui a patre ꝓcedit ille testimoniū ꝑ; hibebit de me all'a ¶ Feria ij. Inuitatoriū. Ascēdens cetera vt ipo die Crisosti. Lctō. Cognoscam⁹ q̄s est ille q̄ audiuit. sede ad dexterā meam: q̄ natura ē. cui deus di; xit. esto mee particeps sedis Il la natura ē. q̄ audiuit tra es. ꝛ in terrā ibis. Nō em̄ ad ꝯmu; nem gl'am celos trāsisse suffice rat. nō cū angelis stare: sed ce los transiuit. Super cherubin ascendit. vltra seraphin eleua; tur. nec ante stetit nisi sedez do; minicā meruisset Ita vt in die santo Vide quo spacio celum sepatum est a terra. ymo terra quāto ab inferis. et ipm̄ celum q̄ntum ab altiore celo. ꝛ de al; ciore ad angelos. quātū spacij est ad archāgelos. ad supiores eciā ꝑtestates ad ipam quoq͛ dñicam sedez. Per hec ois na tura nr̄a eleuata ē. ad tā excel; sam sedem vt altius non posset ascēdere ¶ Totius malicie fi; nes excessib⁹. azinis ꝛ bob⁹ ir; rationabiliores ostēdimur. sen su volatiliū supamur. nec ipsis lapidib⁹ ꝯpamur. sed serpentiū malignitates imitamur: ipius diaboli filij nūcupamur Sz tū nos qui sensum nō hēbamus. qui contumacia ḡuabamur. q̄ nec lapidib⁹ ꝯpabamur. q̄ vin; cebamur ab om̄i natura qui de specti videbamur. q̄ cōtēpneba

mur et quēadmodū loqr igno ro· quo sermone vtar· q̄ verbo dicam reperire non possum. na tura fragilis· natura ↄtēpta. ⁊ omib⁹ mōstrata deterior omia vicit· oia supauit· ⁊ omib⁹ hodi erna die meruit excelsior reperiri· Feria iiij Lectões eiusdem

Hodie angeli vitā diu desiderată receperūt· Hodie anrchāgeli qđ m̄lto tpe cupiebāt inspicere valuerūt· Hodie naturā nr̄am ipi in sede dominica imortali fulgentē gl'ia ꝑuiderūt· hoc em̄ affectabant angeli· hoc desiderabāt archāgeli. Ra vt in vi feria Et si eos humana natura largito sibi honore supabat. tn̄ nr̄is bn̄ficijs gratulabant̄· nā ecia nr̄is dolebāt supplicijs ⁊ cherubin licet paradisum custodiebāt tn̄ nr̄is supplicijs tristabant̄. sicut fu⁹ bonus cū a dn̄o ↄseruū custodiēdum suscepit satisfacit quidem dn̄ice iussioni· ſ tn̄ pena ↄserui nimio dolore ↄteritur ¶ Et si vnius pctōis correctiōe āgeli gratulant̄: multomagis cū ad celū hodierna die ꝑmicias omnē viderūt eleuare naturā Vis discere qđ cum ascenderet dn̄s gratulabant̄ angeli: descendebāt freq̄nter Et hoc ꝓprium est cupientiū videre inopinatū spectaculum Videbit ait angelos dei ascendentes ⁊ descendentes ad filiū hoīs· Ideo ascendūt ideo descendunt· et cū omi festinatione nouū ⁊ incredibile spectaculū videre desiderāt ¶ Feria iiij Lectões grego in omel

Quia auctore deo beruit lectōem euāgelicā exponēdo trāscurrim⁹: restat vt aliqđ de ↄsideratiōe tāte solēnitatis dicam⁹· qđ est ꝙ nato dn̄o· nō in albis vestib⁹ ascēdēte at dn̄o in albis vestib⁹ apparēt angeli. nisi ꝙ mag̃ tunc solēnitas angelis fcā ē cū celū dn̄s penetuit. q: nascente dn̄o videbat diuinitas hūiliata· ascendente vero dn̄o ē humanitas exaltata. Ra vt in sabbo Hodierna die deletū est cyrographū dāpnationis nr̄e Illa enim natura cui dictū ē terra es ⁊ in terrā ibis hodie in celū iuit. p hac namq̃ carnis nr̄e subleuatōe p figurā beatus iob dn̄m auem vocat dicens Semitam ignōuit Auis em̄ recte appellatus est dn̄s· q: corpus carneū ad ethera librauit ¶ De hac solēnitate p psalmistam dicit̄ Ascēdens in altū captiuā duxit captiuitatē· Ascendens quippe in altū captiuā duxit captiuitatē· quia corruptionem nostrā virtute sue icorruptiōis absorbuit De hac ascensionis eius gl'a abacuc ait.

Eleuatus est sol et luna stetit i ordine suo. Quis em̄ solis nomine nisi dn̄s et que lune noie nisi ecclesia designat In octā. ascensionis omnia sicut in ipso die Augusti. in sermōe Lctō j

A Scēsionis dn̄i nr̄i ihesu cristi scūs et solēnis dies illuxit. exultem⁹ et letemur in eo. Cristus descendit: inferi patuerūt. Cristus ascēdit: superna claruerūt. Cristus in ligno pependit: insultent furētes. Cristus in sepulchro: mētiant custodiētes. Cristus i inferno: visitent quiescētes Cristus in celo: credāt oēs geutes ¶ Dū humanā ɔditōem dn̄s siderib⁹ imptriauit: credentib⁹ celum posse patere mōstrauit. Et dū victorem mortis in celestia eleuauit: victorem eiusdem mortis quo sequamur ostēdit. Super excelsa ergo celi terrenū corp⁹ imponitur: ossa intra sepulchri angustias paulo ante conclusa angelorū cetibus iferuntur: in gremio immortalitatis. mortalis natura trāsfundit ¶ In illo nr̄i generis homine. nos cristi mors purificauit. nos resurrectio erexit. nos ascensio subuexit Post illum itaq; quomō possumus ascēdamus et corde sequamur illū. affectuq; parit Asce ndem⁹ aūt si vnusq̄sq; nostrum vicia et passiōes subdere sibi studeat ac sup eos stare cōsuescat: et ex ipis sibi gradū cōstruat quo possit ad supiora cōscendere In ij vš ymš Eterne rerum Feria vj post octās ascensionis dn̄i si de tpe agitur: agat sicut in pcedenti vi feria cap̄lm et coll' dn̄ical' hēantur.

I N di Lectiones. actuū j ebus illis reuersi sunt apostoli ihrosolimā a mōte q̄ vocatur oliueti qui est iuxta iherusalē: sabbati hn̄s iter Et cū introissent in cenaculū: ascēderunt in supiora vbi manebant petrus et iohēs et iacobus et andreas philipus et thomas. bartholome⁹ et matheus. iacob⁹ alphei et symon selotes. et iudas iacobi Hij oēs perseuerātes erant vnanimit in orōne cum mulierib⁹ et maria mr̄e ihesu et fratribus ei⁹. ¶ In dieb⁹ illis exurgēs petrus in medio fratrū dixit. Erat aūt turba hoim fere cētū viginti Viri frēs: oportet impleri scripturā q̄ pdixit spūs sanctus p os dauid de iuda qui fuit dux eo₂ qui cōprehenderunt ihm̄. qui ɔnumerat⁹ erat in nobis: et sortitus ē sortem ministerij hui⁹. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis et suspēsus crepuit medius: et diffusa sunt omnia

viscera eius. Et notū factū est omibus habitantibꝰ in ihrl'm: ita vt appellaret ager ligua eorum acheldemach: hoc est ager sanguinis ❡ Scriptū est em i libro psalmoꝝ. fiat cōmoracio eoꝝ deserta. et non sit qui habitet in ea: ⁊ episcopatū eiꝰ accipiat alt. Oportet ergo ex hijs viris qui nobiscū sunt ꝯgregati in omi tpe quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dn̄s ihū̄s incipiēs a baptismate iohīs. vsq₃ in diē qua assumptus ē a nobis: testē resurrectōis eius nobiscū fieri vnū ex istis Nō dicat Te deū In vigilia pētecostes omnia sicut in sabbo pcedēti Scdm iohēm xiiij In illo tēpore: Dixit ihū̄s discipulis suis. Si diligitis me mādata mea suate: ⁊ ego rogabo pr̄em et aliuz paraclitū dabit vob. Et reliq. Omelia Bede Quia spūs sancti hodie frēs kmi celebramꝰ aduētū debemus et ipi ꝯgruere solemnitati q̄ colimus. Hoc etenim ordīe tāta festiuitatis huiꝰ digne gaudia celebramꝰ: si nos q₃ dn̄o opitulāte aptos reddiderimus. ad quos spūs sanctꝰ aduenire ⁊ in quibꝰ habitare dignet ❡ Ea aūt solummō rōne aduētu et illustratōe sancti spiritus apti existimꝰ: si et corda nr̄a diuino amore repleta. et corpa sint dn̄icis mancipata p̄ceptis. Vn̄ ⁊ in exordio lectionis huiꝰ euāgelice discipulis veritas ait. Si diligitis me mandata mea seruate: et ego rogabo pr̄em ⁊ aliū paraclitum dabit vobis ❡ Paraclitꝰ quippe ꝯsolator interp̄tat Et spiritus scūs recte paraclitꝰ vocat. quia corda fidelīū ne inter aduersa huius seculi deficiāt: celestis vite desiderijs subleuat ⁊ reficit Vn̄ in actibꝰ aploꝝ crescente scta eccl'a dicit. Et edificabat ambulās in timore dn̄i: ⁊ consolatōe sancti spūs replebatur nō dicat Te deū Sup benedictus añ. Si diligitis me mandata mea seruate all'a all'a all'a colt Presta q̄s omps deus: vt claritatis tue sup nos splendor effulgeat. ⁊ lux tue lucis corda eoꝝ qui p grām tuā renati sunt scti spūs illustratione ꝯfirmet Per d. eiusdē Que dicat ad omes hōs huius diei Ad ix añ Loq̄bant varijs lin. Capl'm actu. xix Introgressus aūt sinagogam paulꝰ cum fiducia: loquebat per tres menses disputans ⁊ suadens de regno dei R Loquebant varijs linguis apl'i all'a all'a V Magnalia dei all'a all'a. V Emitte spm̄ tuū et creabunt all'a Et renouabis faciē Oro Prā q̄s omps

Ad vs̄ sup oīa laudate An̄.

Ueni scē spūs reple tuorū corda fideliū: et tui amoris in eis ignē accēde: q̄ p diuersitatē linguarū cunctarū gētes in vnitate fidei ꝯgregasti allā allā Caplm Actuū ij

Dū ꝯplerent dies pentecostes erāt oēs discipli pariter in eodē loco: ⁊ fcūs ē repēte de celo son⁹ tanꝗ aduenientis spūs vehementis: ⁊ repleuit totā domū vbi erāt sedētes R̄ Beata nob ymn⁹ Repleti

Beata nobis gaudia anni reduxit orbita: cū spūs paclit⁹ effulsit in discipl'os Ignis vibrāte lūine lingue figurā detulit: verbis vt essent ꝑflui et caritate feruidi. Linguis loquunt oīm: turbe pauent gētiliū: musto madere deputāt: q̄s spūs repleuerat Patrata sunt hec mistice: pasce per acto tpe: sacro dierū nūero q̄ lege fit remissio Te nūc deus pijssime: vultu p̄camur cernuo illapsa nobis celit⁹: largire dona spūs Dudū sacta pectora: tua replesti gratia: dimitte nūc peccamina: ⁊ da quieta tempa Sit laus pri cū filio: scō simul paraclito: nobisq̄ mittat fili⁹. carisma scti spūs Amē v̄ Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarꝫ Et hoc qđ ꝯtinet oīa sciētiaꝫ habet vocis Sup magt an̄

Non vos relinquā orphanos allā: vado et venio ad vos allā et gaudebit cor vrm̄ allā Oro Pra q̄s Ad cōple an̄ Ueni scte spūs Ymnus Ihū nr̄a re. cum hijs v̄ Dudū et Sit laus v̄ Custodi Sup nūc dimit an̄ Allā Spūs paraclit⁹ allā docebit vos oīa allā allā. Hoc mō dicat cōpleto ad sabbatū trinitatis exclusiue ¶ In die scō ad matutī inuitatori Allā Spūs dn̄i repleuit orbē terrarum Uenite adorem⁹ allā ps̄

Iam crist⁹ Ymus Uenite Iam crist⁹ astra ascēderat: regressus vnde venerat: ꝓmisso patris munere scm̄ daturus spm̄ Solemnis vrgebat dies: quo mistico septēplici: orbe voluto septies signat btā tpa Dū hora cunctis tcia: repente mundus intonat: orātibus apl'is deum venisse nuncians De pris ergo lumine decorus ignis alm⁹ est: quo fida cristi pectora calore vbi cōpleat Dudū sacrata Sit laus In noct an̄ Factus est repente de celo sonus aduenientis spūs vehemētis allā allā ps̄ Magn⁹ dn̄s an̄ Confirma hoc deus qđ opatus es in nob a templo sctō tuo qđ est in ierusalez allā allā ps̄ Exurgat deus an̄ Emitte spm̄ tuū ⁊ creabunt et renouabis faciē ter-

re all'a all'a ps Benedic ij v
Spus dni Scdm iohem xiiij.
In ill: Dixit ihus d. suis
Si quis diligit me smo-
nem meu seruabit Et pat me
diliget eum: et ad eu venimus
et mansione apud eu faciem.
Et reliq. Omel' be grego pa.
Libet fratres kmi euagelice
vba lctois sb breuitate trascur
rere: vt post diuti liceat in co-
templatoe tate solenitatis im-
morari Hodie namqz spiritus
sanctus repentino sonitu super
discipulos venit: metesqz car-
nalium in sui amorem pmuta-
uit. Et foris appentibus ling-
uis igneis intus facta sunt cor
da flammatia: quia du deum i
ignis visione suscipiunt p amo
rem suauiter arseru͞t R Dum
complerent dies penthecostes
erant omes pariter dicetes al
leluia: et subito factus e sonus
de celo all'a. Taq spus torres
repleuit totam domu all'a all'a
v Duz ergo essent discipuli in
vnum gregati pter metu iu-
deorum sonus repente de celo
venit sup eos Tanq. Lcto ij.
Ipe namqz spussanct amor e
Unde et iohes dicit Deus ca-
ritas est. Qui ergo mete inte-
gra deum desiderat: pfecto iaz
habet que amat Neqz em deu
posset quisq diligere: si eu que
diligit non haberet. Rm Re-
pleti sunt omes spu sancto ce
perunt loqui put spussanct da
bat eloqui illis. Et uenit mul
titudo dicentiu all'a v Loque-
bant varijs linguis apli mag-
lia dei Et con. Lcto iij
Sed ecce si vnusqsqz nrm re
quirat an diligat deum. tota fi
ducia et secura mete rndet. dili
go In ipo aute lectois exordio
audistis: quid veritas dixit Si
quis diligit me smone meuz s
uabit Probacio ergo dilectio
nis: exhibicio est opis Hinc in
epla sua idem iohes dicit Qui
dicit quia diligo deu et madata
eius non custodit: mendax est
Uere eu diligim. si mandata
eius suamus Uere diligimus
si a nris nos voluptatibus co-
artamus R Apparueru͞t apo-
stolis dispertite lingue tanq ig
nis all'a Seditqz supra singu-
los eor spussanctus all'a all'a.
v Spus dni repleuit totaz do
mu vbi erat sedetes apli Se.
v Repleti sunt oes spu sco all'
Et ceperu͞t loq all'a Ad laud.
Du pleret dies petecostes.
erant oes parit dicetes all'a v
Spus dni repleuit orbe terra
rum all'a an Repleti sunt oes
spu sco et cepert loq all'a an Fo
tes et omnia que mouent in a
quis ymnu dicite deo alleluia.

añ Loquebant variis linguis apostoli magnalia dei alla alla alla Capitulū Dū cōplerētur

Impleta gaudent Ymn⁹ viscera afflā sancto spū: voces diuersas intonant fant dei magnalia Ex omni gente cogniti grecis latinis barbaris cunctisq admirātibus linguis loquūtur oīm Iudea tūc icredula vesana toruo spū: ructare musti crapulā alūpnos cristi concrepat Sed signis et virtutib; occurrit et docet petrus falso pfari pfidos iohelis testimonio Dudum sacrata Sit laus. v̄ Emitte spm̄ tuū et creabunt alla. Et renouabis faciem terre alla sup benedꝫ añ Accipite spm̄ scm̄ quoꝝ remiseritis pctā remittunt eis alleluia

Deus qui hodierna die corda fideliū Collcā sancti spūs illustratōe docuisti da nobis in eodē spū recta sapere et de eius semp consolatione gaudere. Per d. eiusdē ad pmā ymns Iam lucis añ Dum cōplerent R̄ Ihū criste alla v̄ Qui misisti spm̄ paraclitū apostolis miserē nobis Cetera solito more Ad iij p ebdomadaꝫ

Veni creator Ymnus spūs mentes tuoꝝ visita: imple supna gracia que tu creasti pectora Qui paraclit⁹ diceris donū dei altissimi: fons viuus ignis caritas et spiritalis vnctō Tu septiformis munere dextre dei tu digit⁹: tu rite pmisso patris sermōe ditās guttura Accende lumen sensibus: infunde amorē cordibus: infirma nr̄i corpis: virtute firmans ppetim Hostem repellas longius: pacemq dones ptinus: ductore sic te pvio vitemus omne noxiuꝫ Per te sciamus da patreꝫ: noscam⁹ atq filiū: te vtriusq: spm̄ credam⁹ oīm tempe. Sit laus patri cū filio. scō simul paraclito: nobis q mittat filius: carisma sci spiritus Amē añ Spūs dn̄i cap Dum cōplerent R̄ Spūs dn̄i repleuit orbē terrarū alla alla v̄ Et hoc qđ cōtinet oīa sciētiam habet vocis v̄ Spūs paraclitus alla Docebit vos omnia alla Ad vi ymnus Rector potēs añ Repleti sunt ps Defe

Apparuerūt Capitulū cit. apostolis disperdite lingue tanq ignis: seditq supra singulos eorum: et repleti sunt oēs spiritu sancto et ceperunt loqui variis linguis: put spiritus scūs dabat eloqui illis R̄ m Spūs paraclit⁹ alla alla. v̄ Docebit vos oīa v̄ Loquebāt variis linguis apl'i Ad ix añ Loquebantur variis Caplm

Facta aūt hac voce ꝯuenit multitudo et mēte cōfusa ē: qm̄ audiebat vnusquisqꝫ lingua sua illos loqntes ℟ Loquebātur varijs liguis apl'i all'a ṽ Emitte In ij vs aīe de laud ps Dixit dn̄s Cōfitebor Btūs vir. Laudate pueri. Laud do. oēs gētes Cap Dū ꝯplerent ym̄s Btā nobis ṽ Spūs dn̄i. sup magt ān Hodie ꝯpleti sunt dies pentecostes all'a. hodie spūs sanctus in igne discipulis apparuit ꝛ tribuēs eis carismatū dona misit eos in vniuersū mūdum p̄dicare et testificari: qui crediderit et baptizatus fuerit salu⁹erit all'a oro vts Cōpleto. vt in p̄ori nocte Feria ij Inuitato. Repleti sunt omēs spū sancto all'a ps Venite. Hoc inuitato. cū ym̄is aīis ps ṽ ꝛ capit. p̄cedētis diei tam in nocturno q̄ in laud et horis alijs obseruet p totā ebdomadā cū ꝓprijs orōnibus diei Scdm ioh. I N ill': Dixit ie. hanne. iij sus d. s. Sic deus dilexit mundū vt filiū suū vnigenituꝫ daret: vt oīs q credit in ip̄m nō peat: sꝫ habeat vitā eternā. Et reli. Omel' be Augusti. epi Notandū q̄ eadē de filio dei vnigenito replicat. q̄ de filio hoīs exaltato p̄miserat dicens vt oīs qui credit in ip̄m non

pereat: sed habeat vitā eternā Profecto idē ꝯditor et redemptor nr̄. filius dei an̄ secula existens. filius hoīs factus est in fine seculoꝝ: vt qui p diuinitatis sue potentiā nos creauerat ad pfruendā vite p̄hēnis btitudinē. ip̄e p fragilitatē hūanitatis nr̄e restauraret nos ad recipiendā quā pdidim⁹ vitā ℟ Spūs sanctus pcedens a trono aploꝝ pectora inuisibilit' penetrauit nouū scificatiōis signum Vt in ore eoꝝ oīm genera nascerent linguaruꝫ all'a ṽ Aduenit ignis diuin⁹ nō cōburens sed illumināś ꝛ tribuens eis carismatū dona Vt Lcō ij Sequit aūt. Nō eñ misit deus filiū suū in mundū. vt iudicet mundū: sed vt saluet mundus p ip̄m Ergo q̄ntū in medico ē sanare venit egrotū: Ipse aūt se interimit qui p̄cepta medici seruare nō vult ℟m Loquebant varijs linguis apostoli magnalia dei. Prout spirit⁹ sanctus dabat eloq illis all'a ṽ Repleti sunt omnes spū scō et ceperūt loqui Prout Lcō iij Venit saluator in mundum. Quare saluator dictus ē mūdi. nisi vt saluet mundū nō vt iudicet mundū? Saluari non vis ab ip̄o Ex te quid dicam? Judicaberis Vide qd ait Qui

credit in eũ non iudicat. Qui autẽ non credit quid dicturuȝ putas? Quid addidit? Iaȝ iniquid iudicatus ẽ. Modũ appuit iudicium: sed iam factũ ẽ iudicium R Iam nõ dicam vos seruos sed amicos meos. quia oĩa cognouistis que operatus sum in medio vestri all'a Accipite spm̃ sanctũ in vobis paraclitum ille est quẽ pater mittet vobis all'a all'a V Quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis Super bened añ Sic deus dilexit mundũ vt filiũ suum vnigenitũ daret: vt oĩs qui credit in ipm̃ non pereat sed habeat vitã eternã alleluia Coll'

Deus qui apostolis tuis scm̃ dedisti spm̃: cõcede plebi tue pie petitionis effectũ vt quibus dedisti fidem. largiaris ꝛ pacem. Per dñm. eiusdẽ Super magt añ Nõ em̃ misit deus filium suũ in mundum vt iudicet mundũ sed vt saluetur mũdus p ipm̃ all'a oro vt sup.

Feria iij Scdm iohẽm x

In ill': Dixit ihũs disci. s. Amen amen dico vobis qui nõ intrat p ostium in ouile ouium. sed ascẽdit aliunde: ille fur est ꝛ latro. Qui aũt intrat p ostium: pastor ẽ ouiũ. Et re. Dñs Omel' be Augusti. epi de grege suo ꝛ de ostio q̃ intrat ad ouile: similitudinẽ posuit in hodierna lectõe. dicãt ergo pagani bene viuim⁹. Si p ostiuȝ nõ intrat quid eis pdest. vnde gloriant. Ad hoc em̃ debet vnicuiqȝ pdesse bene viuere. vt det illi semp viuere. Quid em̃ prodest bene viuẽ cui nõ dat semper viuere? Quia nec bñ viuere dicendi sunt: qui finẽ bñ viuendi vel cecitate nesciũt. vel inflatione ꝯtempnũt Rm Aduenit ignis diuin⁹ non comburens sȝ illuminãs nec ꝯsumẽs sȝ lucẽs. et inuenit corda discipuloꝝ receptacula munda: Et tribuẽs eis carismatũ dona alleluia all'a V Inuenit eos concordes caritate ꝛ illus'trauit eos inundãs diuinitas deitatis Et

Nõ est aũt cuiq̃ spes Lctõ ij vera et certa semp viuẽdi. nisi agnoscat vitã que ẽ cristus: et p ianuã intret in ouile. Querunt ergo plerũqȝ homies tales. persuadere hominibus vt bñ viuant et cristiani nõ sunt p aliaȝ partem volunt ascendere. rapere ꝛ occidere: nõ vt pastor ꝯseruare atqȝ saluare R Disciplinaȝ et sapiẽtiam docebit eos dñs all'a firmabit in illis grãm spũssancti Et itellectu adimplevit corda eoꝝ all'a alleluia V Repentino namqȝ sonitu spũssanct⁹ super eos venit Et Lctõ iij

Fuerũt quidam philosophi de v̄tutib9 z vicijs subtilia mul ta tractãtes diuidẽtes diffiniẽ tes·ratiocinatões acutissimas cõcludentes·libros implentes sapientiã suã·buccis crepãtib9 ventilantes· qui eciã dicere au derent hominibus. Nos sequimi sectã nr̃am tenete. si vultis be ate viuere Sed q2 nõ intrabãt p ostium perde volebãt macta re et occidere ℟ Spũssanct9 pcedens Super bñd añ Amẽ amen dico vobis qui nõ itrat per ostium in ouile ouiũ sed as cendit aliunde ille fur est et la tro. qui autẽ intrat p ostiũ pa stor est ouiũ alleluia Collectã

Assit nobis qũs dñe vir tus spũs sancti: que et corda nr̃a clemẽter expurget: et ab oĩbus tueatur aduersĩs·Per d̃ eiusdẽ Sup magt añ· Ego sum hostiũ dicit dñs per me si quis introierit saluabit z pascua inueiet all'a ¶ Feria iiij Secũm iohẽm cap. vj

In illo t: Dixit ihũs tur bis iudeorũ. Nemo potest veni re ad me: nisi pat qui misit me traxerit eum Et re Omel' be

Magne grẽ ati augustini epi cõmendacio. Nemo venit nisi tractus· Quem trahat· et quẽ non trahat· quare istũ trahat· et illum non trahat. noli velle iudicare: si nõ vis errare. Se mel accipe z intellige. Nõdum traheris: ora vt traharis ℟m Facta autẽ hac voce conuenit multitudo et mẽte confusa est· qm̃ audiebat vnusquisq3 ligua sua Illos loq̃ntes magnalia di all'a all'a alleluia. ℣ Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galylei sunt z quos nos audiui mus lingua sua Illos Lectõ ij.

Quid hic dicem9 frẽs Si tra himur ad cristũ ergo iuiti cre dimus· ergo violentia adhibe tur nõ voluntas excitatur No lite cogitare inuitũ trahi: inui tus nõ trahitur anim9 sed amo re ℟m Spiritus dñi repleuit orbem terrarũ· Et hoc qd con tinet oĩa scientiam habet vo cis alleluia all'a ℣ Oim est eñ artifex omnẽ habens virtutẽ oĩa pspiciens Et. Lcõ iij

Est queda3 voluptas cordis cui dulcis est ille panis celestis porro si pcte dicere licuit. tra hit sua queq3 voluptas· non ob ligatio sed delectatio· q̃nto for tius nos dicere debemus trahi hoĩem ad cristũ Qui delecta tur veritate: delectat beatitudi ne. delectat iusticia· delectat et na vita· quod totũ cristus est. ℟ Spũs scũs repleuit totã do mũ vbi erãt apl'i· z appuerunt il lis dispdite lingue tã q̃ ignis.

Sedit[que] supra singulos eorum et repleti sunt oēs spū scō all'a all'a all'a Dū essent discipl'i i vnū ꝯgregati ꝓpter metū iudeorū sonus repēte de celo venit sup eos Sedit[que] Super bene añ Amē amen dico vob q̄ credit in me habet vitā etnā all'a

Mentes nr̄as q̄s Coll' dn̄e paclit⁹ qui a te ꝓcedit: illūinet et inducat i omnē sicut tuus ꝓmisit filius veritatem Qui te Super magt añ Ego sum panis viu⁹ qui de celo descēdi: si q̄s manducauerit ex hoc pane viuet ineternum: ⁊ panis quē ego dabo caro mea est ꝑ mundi vita all'a alleluia.

Feria v Scd̄m Lucam .ix.

In ill': Cōuocatis ihesus duodecim apl'is dedit ill' virtutē et ptātem sup omia demonia: ⁊ vt lāguores curarēt. Et reli. Omel' be ambro epi.

Qualis debeat esse qui euangelizare regnū dei pcipit̄ pcep tis euāgelicis designat̄: vt sine virga sine pera. sine calciamento. sine pane sine pecunia. hoc ē subsidij seclaris āminicula nō requirēs. fide[que] tut⁹ putet sibi quo min⁹ ea q̄ requirat magis posse suppete. Ita vt in ij feria Que pn̄t qui volūt ad eum diriuare tractatū vt spūalē tā tummō loc⁹ iste formare videatur affectum. qui velut indumentum quoddā videat corpis exuisse nō solum ptāte reiecta cōteptis[que] diuitijs: sz eciam carnis illecebris abdicatis. Tu.

Hijs primo oīm dat̄ pacis at[que] ꝯstantie generale mandatum. vt pacem ferāt. ꝯstantiam seruent. hospitalis necessitudis iura custodiāt alienum a p̄dicatore regni celestis astruēs currsitare ꝑ domos. ⁊ inuiolabil' hospicij iura mutare Super bn̄d añ Cōuocatis ihūs duodecim apl'is dedit illis virtutē et potestatē sup omnia demonia et vt languores curarent et misit illos p̄dicare regnū dei et sanare infirmos all'a all'a Collcā

Presta q̄s ops et misericors deus: vt spūssc̄us adueniēs. templū nos gl'ie sue dignant̄ inhitando pficiat Per d eiusdem Feria vj. Scd̄m lucam v.

In ill': Factū ē in vna dierū: ⁊ ihūs sedebat docēs Et erant pharisei sedētes et legis doctores. qui venerāt ex omi castello galilee et iudee et ihrl'm Et re Om'l' be ambro epi.

Nō ociosa hui⁹ paralitici nec angusta medicina ē. qn̄ dn̄s et orasse p̄mittit̄ nō vti[que] ꝓpter suffragiū. sz ꝑpt exemplū. Imitādi em̄ spēm dedit: nō ipetrādi ambitū r̄quisiuit

Ra vt in iiij feria. Et ꝯuenien tibus ex omi galilea et iudea ⁊ ihrl'm legis doctoribus: int ceteroꝝ remedia debiliū. paralitici istius medicina describit. Primū oim qđ ante diximus vnusquisq̄ eger petente p̄catores salutis deb3 adhibere: per quos vite nr̄e ꝯpago resoluta. actuūq̄ nr̄oꝝ clauda vestigia. verbi celestis remedio reformētur ℂ Curatio paralitici hui⁹ anime post diuturnā3 illecebre carnalis inhercia ad cristu3 suspirātis indicat saluatōe3 que primo oim mīstris qui eā sublevent ⁊ cristo afferēt Jtem bonis doctoribus qui spē saluationis. opemq̄ intcessiōis suggerant indiget Tu Super būd. añ Fcm̄ est in vna dierū et ipse sedebat docens et erāt pharisei sedentes et legis doctores qui venerant ex omni castello galilee iudee et ihrl'm et virtus erat dn̄i ad sanandū eos all'a.

D A q̄us eccl'ie collecta. tue misericors deus: vt spū sancto ꝯgregata hostili nullatenus incursiōe turbet Per eiusdem Sup magt añ Tulit ergo paraliticus lectū suum in quo iacebat magnificans deū et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo all'a. ℂ Sabbato Scd'm Lucam: iiij cap'lo.

I N ill': Surgēs ihūs de sinagoga itrouit in domū symonis. Socrus aūt symōis tenebat magnis febrib9 Et re.

D omus petri cū dicit Bede vetus lex intelligit Socr⁹ aūt petri sinagoga: quia stimulis inuidie agitabat aduersus ecclesiam gentiū. ne locū eius p̄ripe ret credendo in xp̄m: ⁊ volunta ti eius famulādo. Siue alit potest intelligi Si virum a demonio liberatū moralite2 aīm ab immūda cogitatōe purgatum significare dixerim⁹. ꝯseq̄nter femia febrib9 tenta: sed ad imperiū dn̄i curata carnē ostēdit a ꝯcupiscētie sue feruore p ꝯtinētie p̄cepta frenatā Ra vt in iiij feria. Omis amaritudo. et ira et indignacio et clamor. et blasphemia spūs imundi furor est. fornicatōem vero immūdiciam. libidinē ꝯcupiscentiā malam. ⁊ auariciā q̄ est siml'acrorū seruitus. febrē hec omnia et hijs similia hūane nature possumus accipe. a quib9 q̄diu animę fideliū tenent egritudine tanta opp̄sse sunt vt neq̄q̄ digne deo quid boni opis valeat exhibere ℂ Vnde necesse ē vt ad verū medicū ꝯfugiat aīarū cristū dn̄m nr̄m. quisq̄ se molestia huius egritudinis fatigari cognoscit. recurrat ad eccl'am

ostendat egritudinē medico id est ꝯfiteat dño pcta sua. penitē tiam agat maloꝝ q̄ fecit: petat a dño indulgentiam roget sibi patrocinio esse sctos ⁊ iustos viros in eccl'a vt veram pcipere sanitatē aīe mereat Tu Sup bñd añ. Vespe aūt facto cum sol occidisset veniebāt ad ihm om̄es male hn̄tes at ille singul' manus imponēs curabat eos Mētib⁹ nr̄is Collcā all'a. Q̄s dñe spm̄ scm̄ benignus infunde: cui⁹ ⁊ sapiētia cōditi sum⁹ et puidētia gubernamur Per d. eiusdem ¶ In festo scē trinitatis ad vs̄ sup om̄ ma laud añ. Gloria tibi trinitas eq̄lis vna deitas et añ om̄ia secula ⁊ nunc ⁊ imppetuū añ laus ⁊ pheñis gl'a deo pr̄i et filio scō simul paraclito in secula secl'oꝝ añ Gl'ia laudis resonet i ore oīm patri geniteq; pli spūi scō parit resultet laude pheni añ Laus do pr̄i pariliq; pli et tibi scte studio pheni spūs nr̄o resonet in ore om̄e p euū añ Ex quo oia p quē om̄ia in quo oia ipi gl'a in secula Cap'lm Romāos xi Frēs: O altitudo diuitiarū sapiētie ⁊ sciētie dei: quā incōprehēsibilia sunt iudicia ei⁹: et inuestigabiles vie ei⁹ Hym Honor virtus. Hymnus

Adesto sancta trinitas: par splēdor vna deitas: qui extas rerum oim: sine fine principiuz Te celoꝝ milicia. laudat adorat pdicat: triplexq; mūdi machina bn̄dicit p secula Assumus ⁊ nos cernui: te adorantes famuli: vota pcesq; supplicū. ymnis iūge celestium Unū te lumē credimus: qd ⁊ ter idem colim⁹: alpha ⁊ o quē dicimus: te laudat om̄is spūs. Laus patri sit ingenito: laus. eius vnigenito: laus sit scō spiritui: trino deo ⁊ simplici Amē ℣ Bn̄dicam⁹ prēm et filiū cuz scto spū. Laudem⁹ et superexaltemus eū in secl'a Sup magt añ Gracias tibi deus gracias tibi vera vna trinitas vna et summa deitas sancta ⁊ vna vnitas ps Magnificat Coll'a Omnīps sempitne deus: q dedisti nobis famlis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatē. qus: vt eiusdē fidei firmitate ab om̄ib⁹ semper muniamur aduersis. Per dn̄z Ad completo Miserere michi ps Cum inuocarē cū ceteris capl'm Tu in nobis ymn⁹ Te lucis ℣ Custodi Sup nunc dimittis añ Pacem tuā Et hec aña dicēda p ebdōdā et in om

nibus sabbatis et festis ix lecti
onu et infra octas sctoru usq
ad xl nisi de bta virgi. officium
agitur In ferijs et festis trium
lectionu dicat an. Salua nos
Cetera solito more An de dna
Salue regina v Ora p nobis
oro Famulor Ad matuti. in
uitato Deum veru vnuz in tri
nitate. Et trinitate in vnitate
venite adoremus ps Venite.
Hymnus Adesto. In j noct an
Adesto deus vnus omps pat
et filius et spussanctus ps Do
mine dns nr. an Te vnum in
substantia trinitatez in psonis
cofitemur ps Celi enarrant a
Te semp idem esse viuere et in
telligere pfitemur ps Dni e t.
v Bndicamus prem et filium
cum scto spu Lcto j

Credimus scta3 trinita
tem id est patre et filiu
et spm sanctu. vnu deum omni
potente vnius substatie. vnius
essentie. vnius potestatis. crea
torem oim creaturaru. a quo
omia per que omia. in quo oia
Rm Bndicat nos deus deus
noster bndicat nos de9 Et me
tuant eum omes fines terre v
Deus misereat nostri et bene
dicat nos deus Et me Lcto ij.
Credimus prem a semetipo
non ab alio. filium a patre ge
nitum. deum verum de deo ve
ro. lumen veru de lumine vero
non tn duo lumina sed vnu lu
men: spiritum sanctum a patre
et filio equaliter pcedentez. co
substanciale et coeternu patri
et filio Tu R Benedictus
domin9 deus israhel qui facit
mirabilia solus. Et bndictum
nomen maiestatis eius in eter
num v9 Repleb itur maiestate
eius omis terra fiat fiat Et be
Pater est plenus Lcto iij
deus in se filius plenus deus. a
patre genitus: spussanctus ple
nus deus a patre et filio proce
dens. Non aute tres deos dici
mus. sed vnu deu omipotetem
eternu inuisibile incomutabile
qui totus vbiq e. totus vbiq
psens. non per partes diuisus:
sed totus in omibus. non loca
liter sed potetialiter. q sine mu
tatioe sui mutabilia cucta cre
auit. et creata gubernat semper
manes quod est Rm Quis de
us magnus sicut deus noster.
Tu es deus qui facis mirabi
lia v Notam fecisti in populis
virtutem tuam redemisti i bra
chio tuo populu tuum. Tu es.
In ij nocturno an Te inuoca
mus te adoramus te laudam9
o beata trinitas ps Deus nr.
an Spes nostra salus nostra.
honor noster o beata trinitas
ps Omnes gentes.

an Libera nos salua nos iustifica nos o btã trinitas ps magnus dñs v Bñdict9es dñe i firmamẽto celi Laudabil'. l iiij

Huic nichil accidẽs eẽ poterit· quia simplici diuinitatis nature nichil addi vel minui potest: qz semp ẽ quod ẽ. Cui ꝓpriũ est. cui sempiternũ ẽ cui idẽ est esse. ₇ viuere ₇ intelligere· ₇ hec tria vnus deus. et idem deus et dñs· vera sempiternaqz trinitas in ꝑsonis· vera ₇ sempiterna vnitas in essentia. quia vna ẽ suba pr̃ et filius et spũssanctus R Magnus dñs et magna virt9 eius. Et sapientie eius nõ est numer9 v Magnus dñs ₇ laudabilis nimis et magnitudinis eius nõ ẽ finis.

Hec vero sancta trinitas l v nichil ẽ maius i tribus ꝑsonis simul nomiatis: ꝙ in vna qualibet ꝑsona semel ꝑ se dicta. qz vna queqz ꝑsona plena ẽ suba in se· nõ tñ tres sube· sed vnus deus· vna suba· vna potentia· vna eternitas· vna magnitudo vna bonitas: pater et filius et spũssanctus· nec aliud ẽ paṫ in naturà: ꝙ filius vel spũssanct9 nec aliud filius vl' spũssanctus ꝙ pater in natura quib3 ẽ vna natura. R Gl'ia pr̃i genitecqz ꝓli ₇ tibi cõpar vtriusqz semp alme deus vn9 Omi tpe seculi·

v Da gaudioꝝ p̃mia da grãrũ munera: dissolue litis vincula astrige pacis federa. Om i l vi

In pr̃e manet eternitas. in filio equalitas. in spũ scõ eternitatis eq̃litatisqz ꝯnexio· Unũ omes in suba et essentia omnipotẽtia ₇ deitate Sicut aũt eadem sancta trinitas inseꝑabil' est in suba· ita in seꝑabilis est i operib3: ꝙuis quedã opa dei· qbusdam ꝑsonis specialiṫ cõueniant· sicut pr̃i vox que de celo sonuit sup cristũ baptizatũ. et ad filij ꝑsonaꝫ humanitatis ꝑtinet susceptio et spũssancti ꝑsone ꝯgruit illa colũba in cui9 specie spũssanctus dñdit super eundẽ filiũ scdm hoiem baptizatum Tu R Honor virt9 et potestas et imꝑiũ sit trinitati in vnitate· vnitati in trinitate In ꝑhẽni secloꝝ tpe v Trinitati laus ꝑhẽnis vnitati sit deco9ꝑpetim In p· In iij noct an Caritas pater est grã crist9 cõmunicatio spũs scũs o btã trinitas ps Cãtate i an Uerax est pater veritas est filius veritas est spũssanctus o btã trinitas ps Dñs regnuit exultet an Una igiṫ pater logos paraclitusqz suba est o btã trinitas ps Cantate ij· v Sit nomen dñi bñdictũ· Ex hoc nũc et vsqz in seculum. Lectio vij·

Teneamus igit patrē et filiū et spm̄ scm̄ vnū esse naturalit deum. nec tñ ipm p̄rez esse qui filius est. nec filiū ipm esse qui pater ē. nec spm̄ scm̄ esse ipm qui pr̄ aut filius ē: vna ē em̄ patris ⁊ filij ⁊ spūsscti essentia. q̄ greci homonsyon vocāt. in qua nō est aliud pat. aliud fili9. aliud spūsscūs. q̄uis psonalit alius sit pat. alius filius ali9spūs sanctus ℟ Tibi laus tibi gl̄a tibi grārumactio In sempitna secula o btā trinitas ℣ Et bene dictū nomen gl̄e tue scm̄ ⁊ laudabile et superaltatū In sem. Hoc autē nobis Lectō viij. maxime demonstrat. vbi deus dicit. Faciam9 hoiem ad imaginē et similitudinē nr̄am. Cum em̄ dicit singulari numero ad ymaginē ōndit vnaz esse naturam. Cū vero dicit pl̄aliter nostram ostēdit non vnā esse psonam. Si em̄ illa essentia p̄ris et filij et spūssancti vna esset psona. nō diceret ad ymaginem nr̄am. sed ad ymaginē meam: nec dixisset faciamus sʒ faciā. ℟ Bn̄dicamus p̄rem et filiū cū sancto spū laudem9 et superaltemus eū In secula ℣ Benedictus es dn̄e i firmamēto celi et laudabil' ⁊ gl̄osus In secu Si vero in illis trib9 Lcō ix. psonis tres essent itelligēde substantie. nō diceret ad imaginē nr̄am sed ad ymagines nr̄as. Hanc q̄ʒ trinitatē psonarū atq̄ʒ vnitatē nature. ysaias reuelatam sibi nō tacuit: cū se dicit seraphin vidisse clamātia. sanctus sanctus scūs dn̄s deus sabaoth. vbi p̄rsus in eo q̄d dicitur ter scūs psonarū trinitatē in hoc vero q̄d semel dicit dn̄s de9 sabaoth diuine nature cognoscim9 vnitatē. ℟ Summe trinitati simplici deo vna diuinitas equalis gl̄ia coet̄na maiestas patri p̄liq̄ʒ sanctoq̄ʒ flamini Qui totū subdit suis orbem legibus. ℣ Prestet nobis graciā deitas btā p̄ris ac nati parit̄q̄ʒ spūs almi. Qui totū ℣ Magn9 dn̄s et laudabil' nimis Et magnitudinis ei9 nō ē finis

O Beata et Ad laud añ. benedicta trinitas pat et filius et spūssanctus prosa. Tibi laus tibi gl̄ia tibi gratiarūactio. añ O btā et benedcā et gl̄osa vnitas pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus psa Miserere miserere miserē nobis añ O vera summa sempiterna trinitas pater et filius et spūs scūs psa Tibi laus tibi gl̄a tibi grāruz actio añ O vera sempit̄na vnitas pater et filius et spūssctus prosa Miserere miserē miserē nobis. añ Te iure laudant te

adorant te glorificant omnes cre-
ature tue o beata trinitas prosa
Tibi laus tibi gloria tibi graciarum
actio Capitulum O altitudo ymnus
O pater sancte mitis atque pie:
o ihesu criste fili veneran
de: paraclitusque spiritus o alme de
us eterne Trinitas sancta: vni-
tasque firma: deitas vera: boni-
tas immensa: lux angelorum: salus
orphanorum: spesque cunctorum Ser
uiunt tibi cuncta que creasti: te
tue cuncte laudant creature: nos
quoque tibi psallimus deuote: tu nos
exaudi Gloria tibi omnipotens deus
trinus et vnus: magnus et excel
sus: te decet hymnus: honor laus
et decus nunc et in euum. Amen.
vs Benedicat nos deus deus noster
benedicat nos deus Et metuant
eum omnes fines terre Super
bnd an Benedicta sit creatrix et
gubernatrix omnium sancta et indiui
dua trinitas et nunc et semper et per
infinita seculorum secula Oratio
Omnipotens sempiterne deus Ad primam
ymnus Jam lucis an O beata et
benedicta ps Deus in nomine Be
ati immaculati Retribue. Qui
cunque Hic ordo psalmorum obser
uetur in omnibus dominicis diebus
a festo trinitatis vsque ad aduen
tum domini exclusiue. Et ab octa.
epiphanie vsque ad dominicam lxx
exclusiue Capitulum Domine miserere
Rm Jhesu christe cum alleluia v
Qui sedes Cetera solito more
Ad iij ymnus Nunc sancte an
O beata ps Legem pone cap
O altitudo Rm Benedicamus
patrem et filium cum sancto spiritu alleluia
alleluia v Laudemus et superexalte
mus eum in secula v Benedictus
es domine in firmamento celi. Et
laudabilis et gloriosus et super-
altatus in secula. Ad vj ymnus
Rector potens Capit. ij. corin.
Gracia domini nostri ihesu vltimo
cristi et caritas dei et communi
catio sancti spiritus sit semper cum
omnibus nobis amen R Bene-
dictus es domine Et laudabilis v
Sit nomen domini benedictum Ex hoc
nunc et vsque in seculum Ad ix ymnus
Rerum deus an Te iure cap.
Tres sunt qui testimonium dant
in celo pater et filius et spiritus
sanctus: et hij tres vnum sunt
R Sit nomen domini benedictum v
Ex hoc nunc v Benedicat nos de
us deus noster. oro vts. Hec
capitula ad vj et nonam dicenda
sunt omnibus diebus dominicis vs-
que ad aduentum domini quando de tem-
pore agitur ¶ In ij vespis ante
de laudibus absque psalmis ps Dixit
dominus Confitebor Beatus vir.
Laudate pueri. Laudate dominum omnes
gentes capitulum O altitudo ymnus
et v vt in primis vespis. Super
magt an Te deum patrem inge-
nitum te filium vnigenitum te

spm̄ sanctū paraclitū sanctā et indiuiduā trinitatem toto cor-de et ore cōfitemur laudamus atq; bn̄dicimus tibi gl'ia in se-cula Oratio vt supra. hoc or dine dicantur vespe cum de oc tauis agitur nisi q̄ an̄e sup be-nedictus ꝛ magt̄ habeantur vi cissim de an̄is in p̄mis vespis. Completo. vt supra. ¶ Feria scd̄a inuitatoriū ymni an̄e psal mi laud̄ capl'a et collecta et eci am vsq; ad corporis cristi ex-clusiue habeant sicut in die scō Lectōes

Cum ad intelligendam dignitatē sum-me trinitatis dilectissimi. aciē mentis intendimus. nichil di-uersum in illa excellentia cogi temus. quia in nullo ab vnita-te sua discrepat diuinitatis es-sentia Tu aūt. ¶ Sempiter num est patri. cōsempiternū si-bi filij sui genitorem esse Sem piternu; est filio. intempaliter a patre esse p̄genitum. Sempi ternum quoq; est spiritui scto. spiritu; esse patris et filij et vt nunq̄ pater sine filio. nunq̄ pa ter et filius fuerint sine spiritu sancto et om̄ibus existēcie gra-dibus exclusis nulla ibi perso-na sit anterior nulla posterior. ¶ Huius beate trinitatis: et i cōmutabilis deitatis vna ē sub stantia. indiuisa in opere. con-cors in voluntate par in omni potentia equalis in gloria. de q̄ cum sancta scriptura. sic loqui tur. vt aut in factis aut in ver bis assignetur. quod singul' vi-deatur conuenire personis non perturbatur fides catholica. s; docetur: vt per p̄prietatem aut vocis aut operis insinuetur no bis veritas trinitatis ꝛ nō di-uidat intellectus. quod distin-guit auditus. Tu autem

Ra de p̄mo nocturno Ad lau des an̄. O beata Hec sola an̄ dicatur ad laudes cetere dican tur ad horas dici ¶ Feria iij Lectōes

Cum sit aute; insepabi lis trinitas. nunq̄ intelligeret esse trinitas: si semp̄ inseparabiliter diceretur. Quia vero in deitate patris et filij et spiri tus sancti. nec singl'aritas nec diuersitas est cogitanda. vera vnitas et vera trinitas potest quidem aliquatenus mēte sen-tiri. sed nō potest simul ore p̄-fiteri Tu aūt. ¶ Fundata est igitur in cordibus nostris dile ctissimi fides qua salubrit' cre dimus. q̄d simul tota trinitas. vna virtus est. vna maiestas. vna substantia. indiscreta ope-re. insepabilis dilectōe indiffe-rēs potestate. simul implēs om nia. simul' cōtinēs vniuersa Tu

¶ Quod ē pater hoc est filius hoc ē spūssctūs Et vera deitas in nullo est. aut maior aut minor esse potest. Que sic in trib est ↄfitenda psonis. vt et solitudinē nō recipiat trinitas ⁊ vnitatem seruet equalitas. Nūq̄ em̄ ab omipotētia pr̄is et filij ⁊ spūssancti ē discreta maiestas Et quicqd in discretōe oīm rerum agit diuina moderatio: ex totius venit ꝓuidentia trinitatis vna est ibi benignitas mie. vna est censura iusticie. nec aliquid est in actiōe diuisum vbi nichil est in volūtate diuersum Rā de ij noct ¶ Feria iiij lcōs

Cum autē alia sit psona missi: alia mittētis. alia ꝓmittentis. simul nobis ⁊ vnitas manifestatur ⁊ trinitas. vt essentia hn̄s equalitatē et non recipiēs solitudinē. et eiusdem subē et nō eiusdem intelligatur eē psone ¶ Quod ergo salua coopatōe insepabilis deitas q̄dam pater. q̄dam filius. q̄dam ꝓprie spūssanctus exequit nr̄e dispositio redemptōis nr̄e salutis est racio. ¶ Si em̄ homo ad ymaginē et similitudinē dei factus i sue nature honore mansisset. creator mundi creatura nō fieret neq; aut sempitern⁹ tēpalitatē subiret. aut equalis deo pr̄i filius deus formā serui assumeret Rā de iij nocturno

¶ In festo corpis cristi ad vs

Sacerdos in eternum An. cristus dn̄s scd̄m ordinē melchisedech panē et vinū obtulit ps Dixit dn̄s an Misera tor dn̄s escā dedit timētibus se in memoriā suoꝝ mirabilium. ps Cōfitebor an Calicē salutaris accipiā et sacrificabo hostiam laudis ps Credidi An Sicut nouelle oliuarū ecclesie filij sint in circuitu mēse dn̄i ps Beati omes an Qui pacē ponit fines eccl'e frumēti adipe saciat nos dn̄s ps Lauda ibr'l; Capitulū j corin xj.

Dn̄s ihesus in quā nocte tradebat: accepit panē et grās agens fregit et dixit accipite ⁊ manducate hoc est corpus meum qd̄ ꝓ vobis tradetur. Rm Homo quidā fecit cenaȝ magnam et misit seruū suū. hora cene dicere inuitatis vt venirēt: Quia parata sūt oīa v Venite comedite panē meū ⁊ bibite vinū qd̄ miscui vob Quia

Pange lingua glo Ymn⁹ si: corpis misteriū: sanguinisq; p̄ciosi quē in mundi p̄cium: fructus vētris generosi: rex effudit gentiū Nobis datus nobis natus: ex intacta virgine: ⁊ in mūdo ↄuersatus sparso verbi semie: sui moras inco

latus: miro clausit ordine In supme nocte cene recūbēs cuz fratrib9: obseruata lege plene cibis in legalib9: cibum turbe duodene se dat suis manibus. Verbū caro panē verū verbo carnez efficit: fitqz sanguis cristi meruz ꝛ si sensus deficit: ad firmandum cor sincerū so la fides sufficit Tantum ergo sacramentū veneremur cernui et antiquū documentū nouo cedat ritui: pstet nobis supplemētum: sensuū defectui Genitori genitoqz laus ꝛ iubilacio: salus honor virtus q̄ꝫ sit et benedictio: pcedenti ab vtroqz cōpar sit laudacio Amē v Panē de celo pstitisti eis. Dñe delec tamentum in se hñtem. Sup magt añ. O quā suauis ē dñe spūs tuus qui vt dulcedinē tuam in filios demonstrares pane suauissimo d celo pstito esurientes replens bonis fastidiosos diuites dimittens inanes. Colleā Deus qui nobis sub sacramēto mirabili passionis tue memoriā reliqsti: tribue q̄s: ita nos corporis et sanguis tui sacra misteria venerari: vt redemptōis tuē fructum in nobis iugit sentiamus Qui viuis Inuitatori Cristū regē adoremus dñantē gētibus Qui se manducantibus dat spiritus pinguedinē Ymnus. Sacris solemniis iuncta sint gaudia: ꝛ ex pcordiis sonent pconia: recedāt vetera noua sint oīa corda voces et opa Noctis recolit cena nouissima quā cristus credit agnum et azima: dedisse fratrib9 iuxta legittima priscis indulta pribus Post agnū tipicū expletis epulis corpus dñicū datur discipul: sic totum oībus qd totū singulis eius fatemur manibus Dedit fragilib9 corporis ferculum dedit et tristib9 sanguinis poculū dicēs: accipite qd trado vasculū omēs ex eo bibite Sic sacrificiū istud instituit cuius officiū ɔmitti voluit solis psbiteris qbus sic cōgruit vt sumāt et dent ceteris. Panis angelicus fit pāis hominū: dat pāis celicus figuris terminū o res mirabilis manducat dñm paup suus et hūil. Te trina deitas vnaqz posci mus: sic tu nos visitas sicut te colimus per tuas semitas duc nos quo tendim9 ad lucē quaz inhabitas Amē. In j noctur. Fructū salutiferū gustandū dedit dñs mortis sue tempe. ps Beatus vir añ A fructu frumenti et vini multiplicati fideles in pace christi requiescunt ps Cum inuocarē añ Comu

niõe calicis quo deus ipe sum-
mitur nō vitulorum sanguine cō
gregauit nos dn̄s ps Cōserua
v Panem celi dedit eis Panē
angelorum manducauit homo l j
Iam mensa diuine largita
ptinus surrexit. et cū alimētis
virum dei quesiuit eūq; in spe
cu reperit. Cumq; orone facta
cominus sedissent p̄sbit dixit.
Sumamus cibum quia hodie
pasca est. Cui vir dei. Scio q
pasca est. quia videre te merui
Quia em̄ pascalis esset solem
nitas ignorabat. Presbit aūt
Ueraciter hodie resurrectōis
domice dies est. ¶ Benedicē
tes ergo deum sūpserunt cibuz
Et post presbiter recessit. Eo
dem tempe hunc in specu latitā
tem pastores inuenerūt Et ex
illo tempe a multis frequenta
ri cepit Quadam vero die tēp
tator affuit. Nam nigra auis
que merula vocatur. eius vul
tui importune insistere cepit.
Sed signo crucis recessit Tu
¶ Tāta autē carnis tēptatio
secuta est quantam nunquā fu
erat expertus. Sed ipe nuduz
se in spinarum aculeis. et vrti
carum incendijs proiecit. Ibi
q; toto corpore vulneratus. p
cutis vulnera eduxit vuln⁹mē
tis. ita vt ex illo tempe tale qd
minime sentiret Tu aūt.
¶ Ceperunt postmodum mul
ti munduz relinquere. atq; ad
eius magisterium festinare Cū
igitur celebre nomen eius ha
beretur. monasterij cuiusdā cō
gregatio ad euz venit. ꝛ vt eis
preesse deberet pecijt. Qui diu
distulit suis et illorum morib
conuenire nō posse predicens
Sed victus assensum dedit.
Tu autem dñe.

¶ In Annūciatione bte vir
ginis super omia laud An̄

Ingressus angel⁹ ad ma
riam ait. aue maria gra
tia plena dominus tecum. an̄
Aue maria gratia plena domi
nus tecum benedicta tu in mu
lierib⁹ an̄ Spūssanctus in te

descēdet maria ne timeas ha-
bebis in vtero filium dei. An
Ne timeas maria inuenisti gra-
tiam apud dnm ecce ↄcipies ⁊
paries filiū an Ecce ancilla do
mi fiat michi scdm verbū tuū.
Ecce vir Cap. Ysaie vir
go ↄcipiet ⁊ pariet filiū
et vocabit nomē eius emanuel
℟ Cristi vgo y. Aue maris
stel Rorate celi Ad magt an
Aue spes nra dei genitrix inta
cta aue illud aue p angeluz ac
cipiēs. aue ↄcipiens pris splē-
dorem bndicta aue casta scissi-
ma virgo sola innupta te glifi
cat omis creatura mrem luis
Deus q Collecta Magt
de bte marie virgis vte
ro verbū tuū angelo nūciante
carnē suscipe voluisti: psta sup-
plicib tuis: vt q vere eā dei ge
nitricē credim⁹. eius apud te i
tercessionib adiuuemur Per
eund Ad cōple an Cū iocūdi
si ē in passiōe dni In manus si
n ē in passio. dni In pace yms
Fit porta Ceta solito more In
uitato. Aue maria gra plena.
Dns tecū ms Que tra In i
noct an Missus ē angel⁹ gabri
el a deo in ciuitatem nazareth
ad virginē desponsatā viro cui
nomē iosep an Ingressus āge
lus ad mariam ait. aue gratia
plena dns tecū an Maria tur
bata ē in sermone angeli et co
gitabat qlis esset ista salutatio
v Ex syon spēs decoris eius.
Deus Sermo augusti Lcō i
Vidi portam in domo dni
clausam Et dixit ange
lus ad me. Porta hec quā vi
des clausa erit. ⁊ nō apietur. ⁊
vir nō transibit p eam: qm do
min⁹ solus intrat. ⁊ egredit per
eam ⁊ erit clausa ineternū Sz
melior prophetie adimpletio.
Quid ē porta i domo dni clau
sa. nisi q maria semp erit intac
ta Et quid ē hō non trāsibit p
eam. nisi q ioseph nō cognoscz
eam Tu. ℟ Ingressus ange
lus ad mariaz ait Aue maria
gratia plena dns tecum v Be
nedicta tu in mulieribus ⁊ be-
nedictus fruct⁹ vētris tui Aue
Et quid est dns Lcō ii.
solus intrat et egredit p eam:
nisi quod spiritus sctus impre-
gnabit eam. et angeloruz dns
nascetur per eam ⁊ quid ē clau
sa erit ineternum nisi q maria
virgo est ante partū ⁊ virgo in
partu et virgo post partū. Tu
℟m Benedicta tu in mulieri
bus Et benedict⁹ fructus ven-
tris tui v Aue maria gra ple-
na dns tecum Et be Lcō iii.
Dicat ergo maria Porta fa
cta sum celi ianua facta sum fi
lio dei. Illa fcā sū ianua clausa

per q̄ egressus ē paruus ad sui crucifixores qui ad discipulos clauso cenaculi hostio vt deus ingressus est hō Ipse em̄ ad discipulos p hostia ingressus ē clausa: qui natus ex vētre meo me mrēm dimisit intactā ℟ Maria vt audiuit turbata ē in sermōe angeli Et cogitabat qualis esset ista salutatio. ℣ Quō fiet istud qm̄ virū nō ɔgnosco. Et co. In ij noct an̄ Rn̄dens angelus dixit ad mariaȝ ne timeas maria inueīsti em̄ grām apud dn̄m an̄ Ecce ɔcipies et paries filiū ⁊ vocabis nomen eius ihm̄ hic erit magnus et filius altissimi vocabit an̄ Dabit illi deus sedē dauid pr̄is eius ⁊ regnabit in domo iacob ineternū et regni eius non erit finis. ℣ Egrediet virga de. Lctō iiij.

Adimpleuit ventrē meum diuinitate: ⁊ vteruȝ meum nō euacuauit castitate. Exiuit ex vētre meo giganteo cursu magnificus: ⁊ venē meus nō est pudore vacuatus Nec in cōceptōe inuēta sum sine pudore nec in pturitōe inuenta suȝ cū dolore ℟ Dixit angelus ad mariam ne timeas maria Inuenisti grām apud dn̄m ℣ Ecce cōcipies et paries filiū et vocab nomē eius ihm̄ Inue. Lcō v.

O maria laudabit int femias cuius ab angelo salutat virgitas Sola impgnata nec viciata. exonerata nec vacuata: qa sic es ab angelo salutata. Aue in quid grā plena dn̄s tecū Felix vmbelicus castitatis. queȝ amplexus nō tetigit maritalis Cōsidero ɔceptum tuū btā virgo et expauesco: intueor ptum tuum ⁊ ɔtremisco. Adoro filium tuū ⁊ reuiuisco ℟ Ecce concipies ⁊ paries filiū. Et vocabit nomē eius ihūs ℣ Hic erit magnus et filius altissimi vocabit et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris eius Et voca. Lcō vj.

Enarra obsecro michi quō meruisti dici mr̄ dei sponsaqȝ filij dei Quod qro indica michi sed colloqnti tecuȝ ignosce michi q audeaȝ tibi loqui seruus atqȝ vtinā vel bonus ⁊ non inutilis et malus Ignosce michi q audeam cum sponsa dn̄i mei ɔfabulari: et tn̄ indica michi q̄mō potuerit p te filius dei generari ℟ Dabit illi dn̄s deus sedem dauid pr̄is eius Et regnabit in domo iacob ineternuȝ ℣ Et regni eius nō erit finis Et In iij nocł. an̄ Dixit autē maria ad angelū quō fiet istd qm̄ virum nō cognosco et rn̄dens angelus ait. spūs sctūs supueniet in te ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi an̄ Ideoqȝ et quod

nascet ex te scm̄ vocabit filius
dei an̄ Dixit aūt maria ad an-
gelum ecce ancilla dn̄i fiat mi-
chi scd̄m verbū tuū v Egredi
et dn̄s. po ca. Scd̄m lucā
In ill': Missus ē angelus
gabriel a deo in ciuitatē
galilee cui nomē nazaret ad v
ginem desponsatā viro cui no
mē erat ioseph de domo dauid
et nomē virginis maria Et re
Exordi Omel' vene bede p̄sbi
um redemptiōis nr̄e frēs kmi
hodierna nobis scti euāgelij lec
tio ꝯmendat que angelū de ce-
lis a deo missum narrat ad vir
ginē. vt nouā in carne natiui
tatē filij dei p̄dicaret p quā ab-
iecta vetustate noxia renouari
atq3 inter filios dei cōputari
possimus. Vt ergo ad ꝓmisse
salutis mereamur dona ptinge
re. primordiū eius intēta cure
mus aure pcipe R Dixit aūt
maria ad angelū Ecce ancilla
dn̄i fiat michi scd̄m verbū tuū
v Spūssanctus supueniet ī te
⁊ virtus altissimi obumbrabit
Missus est in l'viij tibi. Ecce
quit āgelus gabriel a deo ī ciui
tatē galilee cui nomē nazareth
ad virginē desponsatā viro cui
nomē erat iosep. Aptū pfectō
humane restauratōis p̄ncipiū
vt angelus a deo mitteret ad v
ginē. ptu ꝯsecrandā diuino. qa
prima pditōis hūane fuit cau
sa. cū serpens a diabolo mitte-
bat ad mulierē spū supbie deci
piendā. ymmo ipe in serpente
diabolus veniebat. qui genus
humanū deceptis pntib' p̄mis
immortalitatis glia nudaret.
Quia ergo mors intrauit per
feminā. apte ⁊ redit vita per fe
minā R Quō fiet istud respō
dens ait maria q2 virū nō cog
nosco angelus ad hec Spūssan
ctus supueniet in te et virt' al-
tissimi obumbrabit tibi v Ideo
q3 et qd̄ nascet ex te scm̄ vo
cabitur filius dei Spūs lcō ix
Illa a diabolo seducta per ser
pentē viro gustū necis obtulit
hec a deo edocta p angelū mū-
do salutis auctorē edidit Mis
sus est ergo angelus gabriel a
deo Raro aūt legim' q2 appa-
tes hoīibus angeli designētur
ex noīe. Verū quociēscūq3 fit
ideo vtiq3 fit. vt eciā noīe ipso
quid ministraturi veniant insi
nuent. Gabriel namq3 fortitu
do dei dicit. Et merito tali no-
mine pfulget. qui nascituro in
carne dn̄o testimoniū phibet.
de quo ꝓpha in psalmo Dn̄s in
quit fortis ⁊ potēs. dn̄s potens
in plio R Cristi virgo dilectis
sima virtutū opatrix opē fer
miseris Subueni dn̄a clamā
tibus ad te iugiter. v Quī pec

xo Emitte agnum d. d. [illegible]

catoꝝ mole ꝑmimur sanctissi-
ma te ꝓcamur Sub// Ad laud
Quando venit ergo sacri ple
nitudo tempꝰis missus est ab ar
ce pr̄is natus orbis ꝯditor in
terris añ Verbum supnum a
pr̄e ante tp̄a genitū hodie pro
nobis fctm̄ caro exinaniuit se-
metipm̄ añ Btūs auctor secu
li seruile corpus induit vt car-
ne carnē liberans ne pderet q̄s
cōdidit añ Clausa pn̄tis visce
ra celestis itrat gr̄a vent̄ puel
le baiulat secretā q̄ nō nouerat
añ Domus pudici pectoris tē-
plum repente fit dei intacta ne
sciens viꝝ verbo ꝯcepit filium
Cap Ecce virgo ꝯcipi. ymnꝰ.
O gl'osa dn̄a v̄ Vox claman-
tis in deserto Ad bene añ Hec
est dies quā fecit dn̄s afflictio
nē ppl'i sui respexit et redempti
onē misit. Hodie mortē quam
femina intulit femina fugauit.
Hodie deus homo factus id q̄d
fuit permansit et quod nō erat
assumpsit ergo exordium nr̄e
redemptiōis deuote recolamꝰ
et exultemus dicentes. gloria
tibi domine. Collecta vt supra
Ad horas diei añe de laudi-
bus et ver vt in prima dn̄ica
aduētus Ad vj capl'm
Egredietur virga de radice.
Require de conceptione
Ad vj capl'm. Jsaye xlv.

Rorate celi desuper ꝛ nubes
pluant iustum aperiatur terra
et germinet saluatorem. Deo.
In scd̄is vespis capl'm et ym̄i
vt in pmis vs̄ Ad magt añ
Gaudendum nobis est q̄d cri-
stus mediator dei et hominum
de sanctissima virgine virginū
natus nostri naturaꝫ in sue di
uinitatis sublimauerat ꝑsonā.
ipm̄ pre oībus amemus lau
demus gl'ificemus hoc sepe sub
nectentes Maria maria mari
ā totius sanctitatis tu ꝑncipa
lis gemma nos tibi humiliter
seruientes ab hostis antiq̄ mil
le milleīs fraudibus defendas

¶ In festo scti Ambrosij om
nia in cōmuni de vno cōfesso.
et pontifi. s̄ꝫ ps̄ et añe feriales
Tempe pascali historia simili
ter in cōmuni cum all'a Notā
dum eciam si hoc festum in eb
domada penosa euenerit anti-
cipetur in sabbm̄ palmarū. Si
vero in ebdomada pasche eue
nerit transferat̄ in scd̄am feriā
post octauas pasce Collcā.
Deus qui populo tuo et-
ne salutis beatū ambro
siuꝫ ministrum tribuisti. p̄sta q̄
sumus: vt quem doctorem vite
habuimus in terris intercesso
rem habere mereamur in cel.
Per dominū nr̄m.

In festo sancti ambrosij paulinus nolanus epus ad augusti.

CUm ambrosius infans dormiret apto ore examen apum aduenies. eius ora ꝯpleuit. Quo facto territꝰ pat eius. ambrosius qui fuit galliaruz pfectus. ait. Si vixerit infantulus iste aliqd magni erit. ¶ Postea vero cũ adoleuisset et esset in vrbe cũ mre et sorore virgine. ⁊ alia virgine comite sororis et videret sacerdotũ ab eis manꝰ obsculari. ludẽs offerebat dexterã dicens. et sibi id fieri oportere. Postq̃ aũt edoctus est liberalibꝫ disciplĩis. cõsularitatis suscepit insigniã vt regeret liguriaz emiliamqꝫ venitqꝫ mediolanũ. ¶ Cunqꝫ per idem tẽpus ꝑplus ad seditõem surgeret in petẽdo epm cura se ditionis sedande perexit ad ecclesiam. Cunqꝫ alloq̃ret plebẽ subito fert vox infantis sonuisse ambrosiũ epm. Ad cuiꝰ vocis sonitũ totius ꝑpli ora ꝯuersa sunt. acclamãtis ambrosiuz epm. Et ordinari hũc incredibili ꝯcordia ꝯsenserũt. ¶ Quo cognito egressus ecclĩam tormẽta ꝑsonis iussit adhiberi Sz ꝑplus acclamabat Pctm tuuz sup nos Tunc ille reuertẽs domũ phiam ꝓfiteri voluit. Qd vbi ne faceret reuocatꝰ ẽ publicasqꝫ mlieres ad se ingredi fecit. ad hoc vt vif hijs ꝑpli intentio reuocaret. ¶ Cum aũt videret nichil posse ꝑficere. fugam pauit. Egressus vo noctis medio. cum ticiniũ se ꝑgere putaret mane ad portã q̃ romã dicitur inuenit. Qui inuẽtus cum custodiret. missa ẽ relacio ad valẽtinianũ. tũc impatorẽ qui summo gaudio accepit q iudices a se directi ad sacerdotiuz peterent. ¶ Pendente vero relatõe iterũ fugam pauit. ⁊ latuit. sꝫ ꝓditus et adductus. cũ intelligeret dei voluntatez. postulauit se a catholico epo baptizari. Baptizatus itaqꝫ fertur omĩa ecclĩastica officia implesse ⁊ octauo die epus ordinatꝰ est. ¶ Post annos q̃tuor ad vrbem scꝫ ꝓprium solum perrexit. ibiqꝫ puellã cui manũ offerre solitus erat. cũ germana inuenit Ad quã cum dexteraz illius oscularetur subridens ait. Ecce vt dicebã tibi Mediolãũ aũt reuersus ibi iustine regine mris valẽtiniani que fauebat arrianis inumeras insidias sustinuit. ¶ Hoc in tẽpe pmum hymni ⁊ vigilie in eccl̃a mediolanẽsi celebrari ceperunt Ipe eciã ambrosuis imperatori theodosio ꝓpter mortẽ innocenciũ copiã ingrediẽdi eccl̃am dene-

gauit nec prius dignuz iudica-
uit cetu eccl'ie donec publicam
ageret penitentiā ¶ Cū autez
impator asserēt dauid adulte-
riū et homicidium pperrasse re
sponsum illico ē. Qui secut⁹ es
errantez sequere corrigentem
Quod vbi audiuit ita suscepit
vt publicā penitentiā nō abhor
reret. Erat aūt ambrosius mł
te abstinētie multaꝝ vigiliarū
cui prādendi nunq̄ ꝯsuetudo fu
it nisi die sabbo et dn̄ico. vł cū
celeberrimoꝝ mr̄m essēt nata-
licia. Nec operam declinabat
scribendi nisi cum aliqua infir
mitate tenereṫ. ¶ Si festum
ambrosij venerit tpe pasce ha-
beanṫ tres psalmi aǹe et ℟ de
vno nocṫno. eciā in cōmuni cū
alľa Et legaṫ hec legēda Lcō i

Quodam tpe cū ad quā
dam eccl'iam declinassz
ambrosius ad ordinanduz ibi
catholicum epm̄ et iustina regi
na p arrianos hoc vellet fieri
quedā de virginib⁹ arrianoꝝ i
ipm̄ in tribunali eccl'ie existen
tē manus iniecit volens euz de
eccl'ia expellere Cui rn̄dit. Et
si indignus sum sacerdotio tn̄
nō decet te in sacerdotē manus
inicere. Ipsa vero in crastino.
subito expirauit ¶ Alio tēpe
quidam carrum parauit iuxta
eccl'iam. vt ipe sicut pcurabat
iustina raptus in exiliū facili⁹
traheret. Sz iudicio dei in eo-
dem carro ipe eodem die anno
sequēti duct⁹ est in exiliū. Qui
dam hereticus ipo pdicante i
eccl'a vidit angelum ad aures
eius pter qđ ad fidem conuer
sus est ¶ Quidam aruspex tē-
porib⁹ iustine eccl'ie cacumen.
ascendens sacrificauit ad exci
tanda odia ppl'i ꝯtra eū. Tan-
dez aūt cū pter maleficia sua
a iudice torquereṫ clamabat se
magis torqueri ab angelo am
brosij Dicebat em̄ q̄ demones
qn̄q3 missi ab eo ad ambrosiuz
narrassent se appropinq̄re ad
fores eius nō potuisse cū ignis
insupabilis domū ei⁹ ꝯmuniret
qui eos eciā alonge vreret Tu

In festo triū lectionū vni⁹ mar
tiris tpe pascali ad vs̄ capl'm
ym̄ et v̄ sicut in alio tpe pnota
tū est fieri nisi q̄ addaṫ ōsic. et
aǹ alľa Ad magt aǹ Filie ihe
rusalē venite et videte martirē
cū corona qua coronauit eum
dn̄s in die solēnitatis et leticie
alľa alľa Inuitato Exultēt in
dn̄o sc̄i alľa In noct aǹ Tri-
sticia vr̄a alľa verteṫ in gaudi
um alľa Tres ps̄ et v̄ dicanṫ
de ꝯmuni vni⁹ mris alio tpe scdz
ordinē nocturnoꝝ. ℟ Beat⁹
vir qui timet dn̄m alľa In mā
datis ei⁹ volet nimis alľa alľa

alla ℣ Potens in terra erit semen eius generatio rectoꝝ benedicet In ma. ℟ Preciosa in ꝯspcū dn̄i alla Mors scīoꝝ eius alla ℣ In ꝯspectu om̄is ꝑpuli eius in atrijs dom⁹ dei nostri Mors ℟ Filie ihr̄lm venite et videte mr̄em cū corona q̄ coronauit eū dn̄s. In die solēnitatis ꝛ leticie alla ℣ Qm̄ cō fortauit seras portaꝝ tuaꝝ bn̄dixit filijs tuis in te Ad laud.

Iustum deduxit dn̄s per vias rectas alla alla an̄ Btūs vir qui inuētus ē sine macula alla et opatus ē iusticiā alleluia an̄ Iustus aūt imppetuū viuet alleluia alla an̄ Iste ē qui ꝯtempsit vitam mundi et puenit ad celestia regna alla an̄ Iste sanctus ꝓ lege dei sui morti se tradidit non dubitauit mori alla alla Ad bn̄d an̄ Iste cognouit iusticiā et vidit mirabilia mag̃ et exorauit altissimū et inuentus est in numero sanctoꝝ alla cetera sumant de cōmūi vnius mr̄is alterius tpis In festo simplici vni⁹ mr̄is si cōtingat tēpe pascali fiant omnia p̄dicto mō nisi ꝙ ℟m vš dicatur Filie ihr̄lm Inuitatoriū Regē martirum dn̄m. Venite adoremus alleluia Et in scdis vespis an̄e de laudibus An̄ Iustū deduxit cum ceteris In festo plurimoꝝ martirū triū lectionū Ad vš super magt an̄ Lux perpetua lucebit sanctis tuis dn̄e alla. ꝛ eternitas tēpm alleluia alla alleluia Inuitato. Exultent in. In noc an̄ Tristicia vestra. Tres psalmi et ℣ de martiribus scd̄m ordinem nocturnoꝝ ℟m Tristicia vestra alleluia Conuertetur in gaudium alla alla ℣ Mundus quidem gaudebit vos autez contristabimī sed tristicia vestrā. Conuertet ℟ Lux perpetua lucebit scīis tuis dn̄e. Et et̄nitas tēpm alla alla ℣ Iusti autē imperpetuum viuēt et apud dominū est merces eorum. Et eterni. ℟m In seruis suis alleluia. Consolabitur deus alla ℣ Judicabit dn̄s populuz suum et in seruis Consolabit Ad laud an̄

Sancti tui domie florebūt sicut lilium alleluia et sicut odor balsami erunt ante te alleluia. An̄ Sancti et iusti in domino gaudete alla vos elegit deus i hereditatem sibi alleluia. An̄ In velamento clamabant sancti tui domiē alleluia alla alleluia an̄ Spiritus et anime iustorum hymnū dicite deo nr̄o alleluia alla an̄ Fulgebunt sicut sol in regno patris eorū alleluia. Super bened an̄ In celestibus regnis sanctorū

habitatio est alleluia. ⁊ in eter
num requies eorum alleluia.
Cetera sumãtur de communi
plurimorũ martirum alterius
tempis. Nota si festum non fu
erit simplex vel maius sꝫ soluz
trium lectionũ non erit nisi añ
in laud sup psalmos. et hoc taꝫ
in pascali tempe quã in alio.
In festo sanctorũ Tiburcij et
valeriani mr̃m Collcã
Presta q̃sumus omnipñs
deus: vt qui sanctorum
martirũ tuorũ tiburcij et vale
riani et maximi natalicia coli
mus: eorũ eciam virtutes imi
temur. Per. Legenda
Valerianus sponsus bea
te cecilie. et tiburci⁹ fra
ter eiusdem valeriani ad predi
catiõem beate cecilie conuersi
ad cristuz. et ab vrbano papa
baptizati: ad hoc vacabãt quo
tidie: vt p̃ciosas facerent mar
tiruz sepulturas elemosinis et
pietatibus insistentes. Tu aũ.
Accusati igitur apud alma
chium prefectuz ꝙ facultates
suas. nescio in quas viles pso
nas expenderent: et ꝙ punitos
a se pro sceleribus cum gloria
sepelirent. tenti ab appitorib⁹
p̃ntati sunt eidem. Ipsis igitur
se publice cristianos esse confi
tentibus facta est longa cõcer
tatio de fide cristi et ydolatria
inter ipos et almachium Tu.
Cunqꝫ in omĩbus ab ipsis
cõfunderetur tandem iussit vt
ducti ad statunculaꝫ iouis aut
sacrificarẽt aut sententiã exci
pent capitalem. Tunc glorio
si martires tẽti a maximo cor
niculario prefecto ducebãtur
ad locum ydoli. Cepit autẽ fle
re maximus super eos. videns
ꝙ ad interitũ quasi ad epulas
festinarent. Tunc tiburci⁹ di
xit ei. Nos nisi pro certo didis
cemus. alteram esse vitam per
petuam nunꝙ nos istam amit
tere gauderemus. Tu.
Georgij mr̃is Collecta
Deus qui nos beati ge
orgij martiris tui meri
tis ⁊ intercessione letificas: cõ
cede propicius: vt qui tua per
eum beneficia poscimus dono
tue gratie consequamur. Per
dñm nr̃m. Legenda
Beatus georgius vir illu
stris. de capadocia terre
ni imperij clamide erutus. indu
tusqꝫ habitum quo se cristianũ
diutius non celaret. in mediuz
sacrificantiũ sese iniecit in con
spectu p̃sidis. Propter qd cru
ciatus est vngulis. lampadib⁹
ardentibus ad latera applica
tis verberib⁹ ac plagis sale cõ
fricatis. et in rota conuolutus
Tu autem.

¶ Cum aūt nullatenus vinci posset. sed potius magū qui ad eum subuertendū venerat cōuertisset. et ad eius pces ignis de celo descēdisset templū cum ydolis et multis paganis ɔbussisset tādē muniēs se signo crucis a spiculatore pcussus martiriū ɔpleuit Grego toronēs.

Multa de georgio mre l' iij miracl'a gesta cognouim⁹. de q̄bus pauca locuturus sum Cū eīn quidā quasdam reliqas ipius deferrēt. et in quodā oratorio hospitati essent mane nullatenus capsā mouere potuerūt do nec ibidē reliquiarū pticulam dimiserūt Et habent ei⁹ reliqe i vico quodā cenomanēsi. vbi multa plerūq3 miracula ostendunt Nam ceci claudi frigoretici vel reliqui infirmi sepi⁹ ibi sanitatū gr̄a mumerant ¶ In festo sancti marci euāge. ad vš aū Estote fortes in bel. Capl' ymi et v̄ de euāgeli ℟ Quatuor animalia Sup magt aū. Ego iohēs cū all'a Coll' ei⁹dē

Deus qui btm̄ marcum euangelistā tuū euangelice pdicatiōis gr̄a sublimasti: Tribue q̄s: eius nos sp erudiri tione pficere: et orōne defendi Per Inuita | All'a regē euāge Ad matuti cātabit historia de euangelistis cū all'a Ex duob⁹ sermonib⁹ petri damiani ɔsto videlicet et alio Ecce video rc.

Lectō j

Hodie dilectissimi velut pciosus auro radianti berillus imprimit. dum illuscessente bti marci solēnitate pascale nobis gaudiū geminat. Et apte duz scta eccl'a in festis pascalib⁹ pseuerat. beat⁹ vir felicit transiit⁹q; p martirij palmā seculū hoc triste defuit. et triūphalis gl'ie titulos angeloꝝ choris laureatus inuenit.

¶ Fuit aūt sicut autētica tradit autoritas leuita scd̄m carnis originē sacerdos scd̄3 ordinis dignitatē. Cōuersus ad fidem petri in baptismate filius atq3 in diuino sermone discipulus euangeliuz in ytalia mgro nesciēte descripsit. Descriptuz eius iudicio obtulit. Qui piuz ɔpriens furtū gaudensq3 suum interptem tenuisse sincerissīa3 veritatē autoritatis robur tribuit legēdūq3 vniuersali eccl'e delegauit. ¶ Postmodum ad egiptū transiēs p libiam marmonee et samarie fidei semen spsit Pētapoleos q3 gentilibus euāgeliū pdicauit. Eps aūt factus alexādrinā fundauit eccliam eāq3 mgri sui noī fidelit dedicauit. Ideoq3 sedes illa post romā scd̄m obtinet tronū In festo beati vitalis mr̄is Collcā

P resta q̄s om̄ps deus: vt intercedente b̄to vitale mr̄e tuo. et a cūctis aduersitatib⁹ liberemur in corpe: et a prauis cogitatiōib⁹ mūdemur in mēte Per Nota ꝙ ambrosius in ep̄la quā mittit p italiā de inuentōe corpm geruasij et prothasij dicit se ad caput eoꝝ repisse libellum in quo scripta erant hec que hic de b̄tō vitale pr̄e eorū narrant Lcō j.

V Jtalis miles cū paulio iudice suo rauennaz ingressus vidit cristianuz vrsicinum nomie arte medicuz post tormenta capitalem accepisse sententiā. Cū autē decolland⁹ venisset ad palmam locum scz sic nominatū expauit. Tūc exclamauit vitalis dicens. Noli noli vrsitine medice. qui alios curare cōsueuisti. teipm eterne mortis iaculo vulnerare Et q̄ per passiones venisti ad palmā noli perdere coronaz ¶ Audiens hoc vrsicinus genua posuit et agens penitentiā ꝙ expauisset. martir effectus est Statimqꝫ vitalis corpus rapiens sepeliuit. ⁊ ad iudicē vltra venire ꝯtempsit. Paulinus autē eū teneri mādauit: et leuari in eculeo vt posset eius aīm ad sacrificandū euertere ¶ Cui vitalis. Jnfinita tibi dn̄atur stultia vt putes me decipe. qui alios a piculo deceptōis liberare studui. Tūc paulinus. Ducite eū ad palmam. Et si sacrificare ꝯtempserit. facite foueaz in terra. q̄usqꝫ veniatis ad aquā et ibi eū supinū deponite. terra et lapidibus obruētes Tu aūt

P etri mr̄is Collecta

P resta q̄s op̄ns deus. vt beati petri mr̄is tui fidē ꝯgrua deuotōe sectemur qui p eiusdē fidei dilatōe palmā mr̄ij meruit obtinere Per. Legenda

B Eatus petrus de ordine fratꝝ predicatoꝝ. dūbar dus ordine. prudent attendens dolosi mūdi fallacias et de via seculi defluentis cui⁹ blandicijs quis leditur dum lenitur. cum ab hijs in adolescētie annis ꝓuide declinasset vite semitā eligens tutiorē vt a lubricis caute pede retracto firmis posset incedere gressibus. ad diuia obsequia se totaliter transtulit in euangelice institutōis obseruātiam cuncta sua ꝯuertens studia ¶ Jpse namqꝫ veritatis filius bonitatis alumpnus conuersatōe ꝯspicuus opiniōe mirabilis miro prefulsisse nitore mūdicie. virginitatem integre custodisse. nec mentis habuisse nec corpis corruptelam. ⁊ nullius mortalis crimis sensisse

contactū firma ꝯfessorū suorū assertōe monstrāt. Et quia ser uus delicate nutrit⁹ ꝑteruit in dn̄m carnē suam assidua cibi ⁊ potus pcitate restrinxit. ¶ Ne vero ꝑ ocij desidiam hostilibus pateret insidijs in iustificatōi bus dn̄i exercebat assidue. vt eo circa licita totaliter occupa to. locum in ipo illicita non ha berent. et a spūalibus neqcijs tutus esset Nocturna quidem silentia humane deputata quie ti. post dormitōem breuē decur rebat i studijs lectionū. ⁊ som pni tp̄s vigilijs occupabat.

Sciendū si aliqꝺ festum trium lectionū venerit in diebus ro gationuz. de illo nichil fiat nisi memō Sed si venerit festuz ix lectionū totuz fiat de festo nisi ꝙ omel' de tempe legat ꝑ vij le ctione Alie lctōes de sancto ⁊ fiat memoria ad matuti. et vs̄ de tempe ¶ In natali aplorū Philippi et iacobi ad vs̄ An̄ sup ps̄ feriales Estote fortes

Stabunt Capit Sapiē. v. iusti in magna ꝯstātia ad uersus eos qui se angustiauerꝫ et qui abstulerunt labores eo rum ℟ Isti sunt ag. Require feria qrta pasce ymnus

Proni rogamus philippe os lampadis pias cele stis aures pulsa iudicis vt que meremur repellat supplicia et que pcamur det supna gaudia Iacobe iuste ihesu fra ter dn̄i sit tibi pia sup nos cō passio quos reos fecit superba iactantia atqꝫ fedauit mūdi ꝑ tulantia Annue xpe ⁊c. ℣ In omnē terrā Ad magt an̄. Non turbet cor vr̄m neqꝫ for midet creditis in deum ⁊ in me credite in domo p̄ris mei man siones multe sunt all'a alleluia

Deus qui nos ānua Col aplorum tuoꝝ philippi et iacobi solemnitate letificas presta q̄s: vt quoꝝ gaudemus meritis instruamur exemplis. Per Inuitato All'a Regem a plorum ⁊ imi ps̄ et ℣ de apo stolis In noct an̄ Santi tui ꝺ vts̄ de sanctis tempe paschali notatum ē Jeronim⁹ de viris illustribus. Lcō i.

Iacobus qui appellat fra ter dn̄i cognomento iustus. vt nōnulli existimant ioseph ex a lia vxore vt autē michi videtur marie sororis m̄ris dn̄i filius Post passionez domini statim ab ap̄lis ierosolimoꝝ epūs est ordinat⁹. Hegisipus ꝗ vicin⁹ aplorum de iacobo narrās ait Hic ab vtero matris scūs fuit vinū et siceram non bibit car nem nullam ꝯmedit. Nunquā attō sus ē. nec vnctus vnguēto

nec vsus balneo ℟m Uirtute magna Reqre in iij die pasce.

Huic soli licitũ erat ingredi santa sanctoꝝ Siquidẽ vestibꝫ lineis nõ vtebatur. sed laneis. Solus ingrידiebat templũ. et flexis genibꝫ p populo depreca‑ bat. in tm̃ vt cameloꝝ duriciã traxisse eius genua crederẽtur Dicit et multa alia q̃ enumera re longum ē ℟ Isti sunt agni. reqre in iiij. die pasce. Ysidor9 in libro de ortu ꝛ vita sanctoꝝ

Philippus a bethsaida ciuita te. vnde et petrus gall' predicat cristũ barbarasqꝫ gentes. vici nasqꝫ tenebras. ꝛ tumẽti occe‑ ano ꝯiunctas. ad scie lucem fi deiqꝫ portũ deducit. Deĩn in ie rapoli frigie ꝓuincie vrbe cru‑ cifixus lapidatusqꝫ obijt. recto qꝫ sepultus cadauer simul cuꝫ filiabus suis ibideꝫ requiescit. Tu autẽ. ℟m. Candidi facti sunt nazarei eius all'a splendo rem deo dederunt all'a Et sicut lac coagulati sunt all'a all'a. ℣ In oẽm terrã exiuit son9eorũ. et in fines orbis terre verba e orum. Et sicut. Ad laud.

Alleluia ego sum vitis vera alleluia vos palmites mei alle luia añ Si cognouissetis me ꝛ patrem meũ vtiqꝫ cognouisse‑ tis et ammodo cognouistis eũ et vidistis alleluia añ Domine ostende nobis patrem et suffi‑ cit nobis all'a philippe qui vi‑ det me videt ꝛ patrem alleluia alleluia añ Spiritus ꝛ anime iustorum hymnũ dicite deo no stro all'a alleluia añ Philippe qui videt me all'a. videt et pa‑ trem meũ alleluia Ad bñd añ

Tanto tempe vobiscum suꝫ ꝛ non cognouistis me philippe : qui videt me videt et pr̃em me um alleluia. Ad horas diei añe de laudibus. Leta de apostolis Ad vi capl'm

Hij sunt quos aliquando ha buimus in derisum et in simili‑ tudinẽ imꝓperij nos insensati vitam illorũ estimabamus in‑ famiam et finem illorũ sine ho nore Deo. Ad ix capl'm.

Ecce quomõ cõputati sunt i ter filios dei et inter scõs sors illorum est Ad magt añ

Stabunt iusti in magna con‑ stantia aduersus eos qui se an gustiauerunt et qui abstulerũt labores eorum.

¶ De inuentiõe sancte crucis ad vespas super ps̃ ferial'. añ

Helena desiderio plena orabat cuꝫ lacrimis di cens. tu dñe ostende lignum in quo salus nostra fuit suspensa alleluia. Capl'm Gall'. v.

Fratres ꝯfido de vobis in dn̄o ꝙ nichil aliud sapietis: qui aūt cōturbat vos portabit iudiciū quicūqꝫ ē ille. ℟ Dulce lignū dulces. ymnus

Salue crux sācta salue mūdi gl'ia. vera spes nr̄a vera ferens gaudia lignū salutis salus in piculis vitale lignum vitā portans oīm Te adorandam te crucē viuificā in te redempti dulce decus secl'i semp laudam⁹ sp tibi canim⁹ p lignū serui p te sumus liberi Originale crimē necās in cruce nos a priuatis xp̄e mūda maculis humanitatē miserat⁹ fragilē p crucē scām lapsis dona veniā. Protege salua bn̄dic sanctifica: ppl'm cunctū crucis p signaculū morbos auerte corpis et aīe hoc ꝯtra signū nullū stet piculū Sit deo pr̄i laus in cruce filij: sit coequalis laus scō spiritui. ciuib summis gaudiuꝫ. sit angelis hono: in mūdo hec crucis inuētio Amē ℣ Hoc signū crucis erit in celo super magt an̄ O crux gl'iosa o crux adoranda o lignū preciosum ⁊ admirabile signū p qđ et diabol⁹ est victus ⁊ mūdus xp̄i sanguine redemptus all'a Collcā

Deus qui in p̄clara salutifere crucis inuentiōe passionis tue miracula suscitasti. Concede ꝑpicius: vt vitalis ligni p̄cio eterne vite p̄mia cōsequamur Qui vi. memo filie ihrl'm ⁊c ℣ Letami i Collecta

Presta q̄s om̄ps deus: vt qui sanctoꝝ mr̄m tuorū alexādri euencij et theodori natalicia colim⁹ a cunctis malis imminētibus eoꝝ intcessionibus liberemur Per Inuita All'a Regē crucifixū dn̄m Venite adorem⁹ all'a ym̄s Salue crux In j nocturno Adorem⁹ crucis signaculuꝫ p qđ salutis sumpsim⁹ sacramentū all'a ps̄ Dn̄e dn̄s an̄ Adoram⁹ te criste et bn̄dicim⁹ tibi quia p crucem tuam redemisti mundū all'a ps̄ Conserua. an̄ Tuam crucem adoramus dn̄e tuam gl'iosam recolim⁹ passionē miserere nobis qui passus es p nobis all'a ps̄ Dn̄e in virtute ℣ Hoc sig. Ex historia ecclastica libro x.

Helena ꝯstantini mater femia inꝯpabili fide religione aāi ac magnificētia singulari. cui⁹ vere cōstantin⁹ esset filius. et crederet diuinis āmonita visionib ihrosolimaꝫ petit atqꝫ ibi locū in quo sacroscm̄ corpus cristi patibulo affixuꝫ ꝑpenderat ab incolis requirit ℟ Hoc signū crucis erit in celo cū dn̄s ad iudicanduꝫ venerit. Tunc manifesta erunt ab-

scondita cordis vestri all'a alleluia ꝟ Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue ⁊ ceperit iudicare seculuȝ ꝑ ignem Qui idcirco Lectio ii. Tunc ad iueniendū difficilis erat eo ꝙ ab antiquis persecutoribꝫ simulacrū in eo fuerat veneris defixum. Ut si quis cristianorum in loco illo cristū adorare voluisset. venerē videretur adorare. Et ob hoc infrequens et pene oblivioni datus fuerat locus. Sed cū vt supradiximus religiosa femina ꝑperasset ad locum celesti indicio designatū cuncta ex eo ꝓphana ⁊ polluta deturbans in altū purgatis ruderibꝫ tres confuso ordine reperit cruces. Sed obturbabat repti muneris leticiā vniuscuiusqꝫ crucis indiscreta ꝑpetas Rn Dulce lignum dulces clauos dulce pondꝰ sustinuit Quod dignum fuit portare ꝑcium huius seculi all'a ꝟ Hoc signū crucis erit in celo cum dn̄s ad iudicādū venerit Quod.

Aderat quidem Lectio iij et titulus ille qui grecis et latinis atqꝫ ebraicis litteris a pilato fuerat cōscriptus Sȝ nec ipse satis euidenter dn̄ici prodebat signa patibuli. Hic iam humane ambiguitatis incertum. diuinū flagitat testimoniū Tu

R O crux benedicta Que sola fuisti digna portare regeȝ celorū et dn̄m all'a ꝟ Michi aūt absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri ihū cristi Que Ad laudes an̄ Helena ꝯstantini mater iherosolimā petijt all'a. an̄ Tunc ꝑcepit eos omnes igne cremari at illi timentes tradiderunt iudam all'a an̄ Helena sancta dixit ad iudam ꝯple desiderium meum et viue sup terram. vt ostendas michi qui dicitur caluarie locus vbi abscōditum est ꝑciosum lignū dn̄icū alleluia an̄ Cūqꝫ ascēdisset iudas de lacu perrexit ad locum vbi iacebat sancta crux all'a. an̄ Orabat iudas deus deꝰ meus ostende michi lignuȝ sancte crucis alleluia ymnus.

Signum crucis mirabile. olim ꝑ orbem renitēs. in qua pependit innocens cristus redemptor omniū Hec arbor ē sublimior cedris quas habet libanus que poma nescit noxia sed ferre vite ꝑmia Tu criste rex pijssime huiꝰ crucis signaculo horis momentis omibus munire nos non abnuas Ut ore tibi consono et corde deuotissimo possimus om̄i tēpe laudes referre debitas Pr̄a pat ꝟ Dicite in natōibus alleluia. Quia dn̄s regnauit a ligno.

Sup beneđ añ Cũ orasset iudas cōmotus est locus ille i q̄ sancta crux iacebat all'a ps benedictus Cetera vt s̄ Memō
Preciosus cristi martir alexā der p tota mēbra punctim trāsfixus est euētius et theodorus decollati quoꝝ corpa venerabilis seuerina cōuenientibus clericis sepeliuit all'a. Ad horas diei añe de lauđ Ad iij capl'm
Confido de vobis R̄ Hoc signum crucis erit i celo all'a Cũ dñs ad iudicandũ venerit. v. Adoramus te xp̄e et Ad vj ca
Quicunqꝫ em̄ volũt Gall' vl placere in carne v̄ra. hij cogũt vos circũcidi tm̄ vt crucis cristi psecutōem non patianť. R̄ Adoram⁹ te criste et benedicimus tibi all'a all'a v̄ Quia per sanctā crucem redemisti mundum Omis terra Ad ix cap
Michi aũt absit gl'iari nisi in cruce dñi nostri ihũ cristi. per quē michi mũdus crucifixus ē et ego mundo R̄ Omis terra adoret te deus et psallat tibi alleluia all'a. v̄ Et psalmũ dicat nomi tuo. v̄ Dicite in natōibꝫ In ij v s̄ añe de lauđ ps ferial' Capit Confido Ymnus Signum crucis v̄ Hoc signum. Super magt O crux bñdicta que sola fuisti digna portare regeꝫ celoꝝ et dñm all'a De spinea

corona memō et de tempe
Gaude felix mať eccl'a assunt tibi noua solemnia nam corona quondā in gloria nũc p orbē refulget gl'ia v̄ Tu aꝫ coronā adoramus dñe Tuum gl'iosum recolim⁹ triũphuꝫ
Presta q̄s oṗs Collecta deus vt q i memoriā passiōis dñi n̄ri ihũ cristi coronam eius spineam veneramur in terris ab ipo gl'ia et honore coronari mereamur i cel' Qui
¶ Sciendum si festum spinee corone circa crucis celebretur tunc tm̄ habeatur memoria in pmis v s̄ Sed si in dñica euenerit transferatur in scđam feriam Si aũt festum crucis anticipeť tunc mutetur in caplo. Capl'm Egredieñi R̄ Coronat iñs Etne regi cũ v̄. Dñs auctor oim Inuitato. Assunt dñici serti solemnia laude multiplici plaudat eccl'ia Venite.
Eterne regi gl'ie ymn⁹ deuota laudum cantica fideles soluāt hodie: p corona dñica Coronat regem om̄iũ coronā contumelie cui⁹ nobis obprobriũ coronaꝫ cōfert glorie De spinarũ aculeis cristi corōa plectitur: qua ministris tartareis mũdi potestas tolliť.
Corona cristi capitis sacro pfusa sanguine: penis salutis de

bitis reos purgat a crimine.
Laus xpo regi glie p corone
virtutibus qua nos reformās
gre coronat in celestibus. amē
In j nocturno Cristū subserto
spieo deridet plebs pfidie eius
cruore roseo sertum pfert glie
alla ps Btūs vir an Plebis
fit abiectio decus angelorū spi
ne sub obprobrio datus rex ce
lorum alla ps Quare fremu.
an Sertū contumelie non ab
hominatus florē spreuit glie spi
nis coronatus alla ps Dne qd
v Tuam coronā ad. Legēda
Non miret ortodoxoruz
quisq si iocunda dnice
corone solemnitas diē hunc ex
pendat in laudibus saluatoris
Quia et si hec corōa capiti sal
uatoris ad penam et ludibrium
i die pasceues fuerit applicata:
tn quia dies illa non est gaudij
sed meroris qn mēbra cōpati
unt capiti: differtur interim h
gratulabūda festiuitas. in qua
recolligimus salutis nre messem
de spinarū semie ppagatam R
Spina carēs flos spina pungi
tur p q spina culpe pfringitur
spina mortis spinis retunditur
Dum vita morit alla v Per h
ludibriū hostis deluditur mor
tis dnīū p mortē tollitur. Duz
Miro etem modo deie Lcō ij
ctio capitis optinuit veniaz et
gratiā corpori. Et pcusso verti
ce solidata sunt mēbra. Syna
goga siquidē mater cristi scdz
carnem nouercā se exhibēs af
fectu crudelitatis et effectu no
strum salomonē corona spinea
coronauit. Pudeat ergo secta
ri gliam mēbra quibus caput
suum tā in gloriū exhibet. pec
catorz nrorum spinis circūda
tum Pudeat sub spinato capi
te membrū fieri delicatū Rm
Coronat regem oīm iudea ser
to spineo stat inter spinas lili
um vernās cruore roseo. Spi
narū culpe nesciuz spine punc
tum aculeo alla v Sub decore
fulget purpureo corpus nitens
candore niueo Spina Lcō iij.
Scripsit itaq iohānes euan
gelista. Exiuit ihesus portans
spineam coronam et purpure
um vestimentum et quasi pugil
nr inermis: vt vestimentis ru
beis appareret Exeamus igit
ad eum egredientem extra ca
stra. improperium eius portan
tes. erumpnā eius nostram re
putantes: et dicamus cuz psal
mista Crucifixus sum in erum
pna mea dum configit spina.
Tu autem. R Felix spina cu
ius aculei guttis rubent roris
sanguinei Uires frangunt re
gis tartarei seras pādunt reg
ni siderū alleluia. versus.

O spinarũ immẽsa gloria que tot nobis prestat remedia. ỽ Plectẽtes coronã de spinis alľa Posuerũt sup caput dñi alľa

Adest dies leti Ad laud añ cie quo diadema spineũ cõmẽdatur memorie xpi cruore roseum alľa alľa añ Summũ regem gľie spinis coronatũ ridet plebs pfidie morti ɔdempnatũ alľa. añ O ꝙ felix punctio ꝙ beata spina de qua fluit vnctio mundi medicina alľa añ Pungens spina vulnerat xpm pacientẽ et a morte liberat populũ credentẽ alľa añ Spine rubẽt sanguine xpm cruẽtãtes mũdũ lauãt crimine celum referãtes alleluia Capľm Cãticoꝝ iij

Egrediemi filie sion ⁊ videte regem salomonez i diademate quo coronauit eũ

Lauda fidelis Ymñs mater sua lis ɔscio spine tropheuz inclitũ.ꝑ ꝙ perit pdicio viteqʒ dat meritũ Nos a pũcturis liberat eẽni pris filius dũ spinis pungi tolerat spinaꝝ culpe nescius Dum spinarũ aculeũ xps ꝑ nobis ptulit ꝑ diadema spineum vite coronam ɔtulit. Plaudat turba fideliũ ꝙ per spine ludibriũ purgat creator oĩm spineti nr̃i vicium Laus cristo regi glorie ỽ Eris corõa glorie in manu dñi alľa Et diadema regni in manu dei tui. Sup bened añ Aue spina pene remediuz serui decus regis obprobriũ tua plaga dolor ludibrium vite nobis mercãtur pmium Ad horas diei añe de laud Ad iij capľm Egrediemi ℟ Tuam coronã adoramꝰ dñe alľa alľa ỽ Tuum gľosum recolimus triumphum. ỽ Gľa et honore. Ad vj capľm

Uidi et ecce Apocali. vjº equꝰalbus et qui sedebat super eum habebat archũ: et data ẽ ei corona et exiuit vincens vt vinceret ℟m Gľia et honore ỽ Constituisti ỽ Posuisti dñe sup caput eius Ad ix capľm

In die illa erit Ysaie xxviij dñs exercituum corona glorie et sertum exultatiõis residuo populi sui ℟ Posuisti dñe ỽ Coronam de lapide ỽ Eris corona glorie in manu In sc̃dis vs̃ añe de laud ps̃ feriales. Capľm Egrediemi Ymnus Lauda fidelis ỽ Tuã coronã Ad magt añ O decus ecclesie gloriosa spina sertũ regis glorie mundi medicina pñtis angustie dulcor et resina te laudãtes hodie serues a ruina alleluia Oratio vt supra

¶ In festo compassionis beate marie virginis ad vesperas sup oĩa laudate Añ

Stabat virgo dolorosa mr̄ cristi generosa iux̄ crucē filij tristē gerēs theoriā recēsen do ꝯplexiā symeonis gladij all'a an̄ Dolor ingēs dolor ille gene pallent et maxille: ora rigant lacrime crux flagella claui spie liuor tumor plage quine gladi us sunt anie all'a an̄ Cor ꝓdul ce cor amoris: globus factum est doloris vas amaritudinis fel cū vino ꝑparatū os cor li gua et palatū stupefecit virgis all'a an̄ Qn̄ cristus vinculatur palmis fedis flagellat̄ strictus flagris plurimis: virgo corde lacessita q̄si foret sine vita: cor ruit exanimis all'a. an̄ Extra castra ductus ihūs vinct⁹ spu tis pugnis cesus: crucē fert in publicum: mater seq̄ns agnuz mitē repsentans sunamitē: na tum defleet vnicū all'a Capitu. threni j°

Audite obsecro vniuersi ppl'i et videte dolorē meum: virgines mee et iuuenes mei abierūt in captiui tatē Deo ℟ palluerūt tue gene Ymn9

Mentes iunet fide liū: dolores et suspiriū matris cristi reuoluere: cū gra tiarū munere Caste parentis viscera: pena torquent̄ aspera dum staret sub supplicio: lang uens p dulci filio Tantū sibi ꝯpatitur: q fere secū moritur nullus dolor amarior. nāz nul la ples carior O q̄ predigni ri uuli in cruce cristi sanguinis: ꝛ quos fuderunt oculi: sub cruce m̄ris virginis Sic corda n̄ra penetret: o ihū tua passio. vt sp nos ihabitet tue m̄ris dilectio Maria mat̄ gr̄e Gl'a tibi do mine: qui passus es p homine: cū p̄re ꝛ ss̄. in sem. ℣ Astitit re gina Sup magt̄ an̄ O maria stans sub cruce triūphante cri sto duce p mortē turpissimam corde martir extitisti. anceps ensis quē sensisti: tuam transit animā: dolor cessit cū surrexit. nobis vite spem porrexit presi dens in gl'ia: fac nos virgo sue mortis ꝛ doloris tui fortis: fer uere memoria all'a all'a Colle

Interueniat p nobis do mine ihū criste nūc et in hora mortis n̄re apud tuā mi sericordiā b̄tissima tua gētrix virgo maria: cui⁹ sacratissimā animā in hora passionis tue do loris gladius ptransiuit. Qui Ad cōpletoꝛ an̄ sup ps̄ All'a. Ymnus Ad cenā an̄ sup nunc dimit. All'a sancta dei geni trix all'a: intercede p nobis all'a all'a Ad matu. inuita Recolē tes xp̄m passum et in ara cru cis assum p n̄ris scelerib; Ma tri sue ꝯdolentes pcidam⁹ cōge mētes sup mortez filij alleluia

Rps Venite ymnus

Rogatus deus rumpere celos et huc descendere: nobis venit in virgine: nos redimens a crimine Sputa flagella lancea mine corona spinea claui probra crux vbera fel vincla mors et vulnera. Hec virgo vidit filio parari cum ludibrio: q carit ate venerat saluare qd perierat Patibulo suspenditur latronibus coiungitur: a cunctis fere spernitur. sic desolatus moritur Maria mr Gloria tibi domine q passus es pro homine. In noct an Immo laudus ligna gerit patri parens locuz querit patriarche filius: cruce cristus oneratus mesta matre comitatus dampnatur innoxius alleluia ps Eructauit. an Caluum ridenT heliseum ihesum nudum veruz deum illudebant emuli: dum sic natum dehonestant dolorosi commolestant mris mentem stimuli alleluia. ps Deus nr. an Prothoplausti peremerunt oes quos pgenuerunt esu pomi vetiti: dulcis ihesu rede misti corde leso mater tristi qs damnarunt proditi alleluia ps Fundamenta v Astitit regia Sectio

Willermi: Sta ioh. xix.

Stabat iuxta crucem ihesu mater eius et soror mris eius maria cleophe et maria magdalene. Et reliq. Lectionis eiusdem Filio virginis a proprio discipulo prodito et a veritatis et iusticie emulis sicut ei placuit captiuato: doloris gladius cor et precordia virginis transfigebat atq ipius aiam duriter ptransiens: vniuersis corpis sui membris gladius ille cum omni amaritudine dolores grauissimos inferebat Rm Sicut spina rose florem non immutat vel odorem cum crescat vicinius: ita virgo tuam mentem cunctis donis redolentem furor fugit obuius immo vides flagellari et in cruce conclauari tuum primogenitum Patietenr sufferebas et constant requebas dextre dei digitum alleluia. v Confer opem tua prece ne mundi psperitas nos excecet sua fece vel pmat aduersitas Pacie Tociens enim in aia virginis gladius ille cum omni amaritudine versabatur. quoties eius amantissimo filio obiciebantur passiones et obprobria Videbat quidem filium impiorum palmis colaphizatum: crudeliter et impie flagellatum: a iudeorum principibus morti turpissime ad iudicatuz ac ipm toto populo iudeorum vociferante crucifige crucifige proditorem. R Per hennalis mater vite videns pungi latus mite militari lancea: maluisti sic turbari et cor tuum vulnerari cum dolorum framea: vt eterna mor

te digni sanarent hoc insigni sacre mortis precio Quas tenemur voto grato deo laudes p collato tanto beneficio alla o

O mater dilectionis fac nos eum colere qui nos sue passionis saluos fecit munere Quas

Igitur sicut cristus Lcō iij omnē patientiam ostendit: ita sua bñdicta mater omes suas tribulatões et dolores pacientissime tolerauit. Et queadmodum agnus suā matrē quocunq ducta fuerit comitat. ita virgo mater suū benedictū filium ad tormentoꝝ loca pductū sequebatur R Palluerunt tue gene qñ subdi crucis pene vides vnigenitum spine caput sacrū cingunt manus pedes claui stringunt os est sputis oblitū voces audis exclamantis sese pr̄i cōmendantis mat omnis gr̄e. Destituta iam vigore vt exsanguis p dolore corruis in acie alla o O immēsam caritatē q mater cū filio tantā prebēt pietatē p vili mancipio Destitu o Ora p no Laudes

Rex a ligno cum regnaret et malignū debellaret p crucis decora mater p̄sens constituta hunc ad bellū subsecuta est vt barach delbora alla añ Bellū mire caritatis vbi cristus sauciatis medetur vulneribus virgo mater morbos sanat et distortas mētes planat cū suis doloribus alla añ Cristus crucis in ambone cōstitutus in agone septē verba protulit mater astans tribulata tā patrata q prolata secū silens contulit alleluia añ Cuncta tremūt elementa carpūt luna sol lamēta cum dolente virgine angelorum ierarchie cōdolentes sunt marie. cristi fuso sanguine alla añ Morte cristi cōsumata mater fide roborata redditur eq animis natū sciēs surrecturum et cū patre fruiturū sedibus ꝓtissimis alleluia Capl'm Audite obsecro. ymnus

Condolentes meroribus marie matris virginis: iungamus laudes fletibus ad laudem sui nomis P ensens quid perpenderet astans cruci puerpera: dum testamentū condēt cristus in vite vespera M atrē piam discipulo: patri cōmēdat spiritum: aceti sumpto poculo carnis exsoluit debitum P ostremo vidit elici de fossi fonte lateris: cruorem mixtum latici p redimēdis miseris M aria mater gr̄e Audi filia et.

Super bened añ

Morienti dulci nato q corde sauciato mater astas flebilis: virginal quiq gest tibi decens

et modestus pseuerat stabilis. illi compar voluntate pari fla gras caritate p saluādis mise ris eius crucē reuerētes: z hic tecū cōgementes seruos iunge supis all'a Collcā vts Ad ho ras diei añe de laud Cap ad iij Audite ℟ Astitit regina a dextris tuis in vestitu de aura to All'a all'a ṽ Circūdata va rietate All'a all'a ṽ Adducent regi virgines Ad vj capl'm Uide dñe qm tribulor cōtur batus ē venter meus subuersū est cor meuz in memetipa: qm amaritudine repleta sum Deo ℟m Adducent regi virgines post eam All'a all'a ṽ Proxime eius afferētur tibi All'a all'a ṽ Scdm multi. Ad ix capitu Omes inimici mei audierūt malū meū letati sunt qm tu fe cisti: multi em gemitus mei et cor meū merens ℟m Scdm multitudinē dolo℞ meo℞ i cor de meo all'a all'a ṽ Cōsolatōs tue letificauerūt aīam meaz ṽ Ora p nob In ij vs añe de laudi ps de vna virgine Cap et yms vts Ad magt añ Cri sto passo mortē crucis eclipsā tur orbes lucis: terre solū tre muit: dispgunt quicq noti obli tores sui doti caritas refriguit sola virgo tenet fidē ɔstans do cet quod et idem resurgat i glo ria: vere doctrix discipline no bis donet sine fine pfrui leticia all'a ad cōple. vt pus notum ē

¶ Johānis ante portā latinā Sup ps ferial' añ Estote for. Cap Qui timet deū ℟ Qua Bina cele yms tuor aialia stis aule lumiaria iacobe: nec nō iohēs theologe poscite nob veniā pcantibus quā venit cri stus gratis dare miseris An nue criste ṽ Ualde honorā. ꝛc Sup magt añ In feruētis olei doleū missus iohēs apl'us diui na se ptegente grā intact9 eri uit alleluia. Collecta

Deus qui ɔspicis q nos vndiq mala nr̄a ptur bant. pr̄a q̄s: vt bt̄i iohis apl'i tui et euāgeliste intcessio glori osa nos ptegat Per dñm Ad matuti historia de euāge. cum all'a ps et ṽ de apl'is scdm or dinē noctno℞ Scdm iohēm

In ill': Dixit ihesus xpi petro Seqre me: et ɔuer sus petrus vidit illū discipuluz quē diligebat ihūs sequētē qui et recubuit in cena sup pectus eius Et dixit Dñe qs ē qui tra det te Et reli Ome ve bede pl Quia audierat btūs petr9 per passionē crucis se clarificatuz esse deum voluit eciā de fre et ɔdiscipulo ɔgnoscere qua esset ipe morte ppetuā transitur9 ad

vitam. Dicit ei ihūs Sic eum volo manere donec veniā. quid ad te tu me seq̄re ¶ Nō inq̄d per passionē mr̄ij eū volo con sumari. sed absq̄ violentia per secutoris diē expectare nouissi mū. Q̄n ipse veniens in eterne beatitudinis mansionē recipiā Et q̄d hoc ad te Tu tm̄ crucis patibulū subeundo mea vestigi a debere sequi memēto ¶ Et quidē hanc rn̄sionem dn̄i frēs tunc tp̄is tractabant q̄si iohēs nunq̄ esset moriturus. Q̄d non ita esse intelligenduz ipse iohēs ammonere curauit. qui cū p̄misisset exisse sermonē iustū int̄ fratres quia discipulus ille nō mori tur solere adiecit atq̄ ait. Et nō dixit ihūs ei nō moritur sz sic eū volo manere donec veni am. Quid ad te Nō ergo putandū quia discipulus ille nō sit moriturus in carne quia nec dominus de ipō h̄ futuꝝ p̄dixit. Et psalmista Quis ē hō qui viuit et nō videbit mortē Sz ita potius intelligendū est q̄ ceteris discipl'is xp̄i p passionē cōsuātis ipse in pace eccl'ie aduentuz vocatōis expectauerit Gordiani et epimachi mr̄m Collecta

Da q̄s op̄ns deus: vt qui sanctoꝝ mr̄m tuoꝝ gordiani et epimachi solēnia colimus: eoꝝ apud te intercessionibus adiuuemur Per d. Lcō j.

Cum iulianus impator p sequeret xp̄ianos: gordianus vicarius eius de mandato suo scm̄ ianuarium volebat cōpellere ad sacrificandū. Sed tandē p p̄dicatōem ipsius ianuarij conuersus. prerit flens ad vxorē suā marinā. et simul corā ianuario p̄strati. ¶ Ad hec ianuarius rn̄dit. Uidete si bene creditis: et nequid i abditis teneatis Marina rn̄dit. Unam imaginē iouis repositā habemus p qua dei mr̄es torq̄bant Ductus itaq̄ ianuarius in thalamū simularhū apphendit: ⁊ in igne illō cōflās: in cloacā piecit. ¶ Et ita baptizauit gordianū cū vxore et alijs q̄nq̄ginta tribus. Post quatuordecim dies iussit iulianus impator clemēciano tribuno: vt videret si ianuarius sacrificare nollet cōsensissz Q̄d si ianuarius nō fecisset ce sus fustib' interiret Tu ¶ In festo scōꝝ mr̄m Nerei achillei et pancracij Collcā.

Semp nos dn̄e mr̄m tuoꝝ nerei achillei atq̄ pancracij foueat q̄s beata solēnitas: ⁊ tuo dignos reddat obseq̄o Per d.

Domicilla neptis Lcōes domiciāi impatoris desponsato aureliano filio cuiusdā cōsularis. p nereū ⁊ achilleū

cūctis hostibus. Victi pdam.

Lectio octaua.

Cu3 vero btī sigfridi audita
doctrina in fide catholica esset
ꝯpetent instruct9 sacr̄ baptisma
deuote suscepit Et viriliť agēs
pro fide catholica: donaria mľ/
ta p erigēdis ecclijs offerebat
Postq̄ vero tres prefati nepo
tes scti sigfridi scūsq3 eskillus
epūs p palmam mrīj ad gľiam
transissent eternā: btūs dauid
vir religiosus et sctūs mrium
sitiens in sueciam se transtulit
ab anglia. vt nouell' in fide ali/
quid grē spūalis afferret Pro
cedente vero tēpe cū adhuc ps
aliqua ꝯuertēda restaret. bea/
tus hēricus a britania celitus
destinatꝰ: vpsalenꝭ pulatus pri
mū insignis antistes· ac deinde
finlaudenꝭ eccl'e apľus funda
tor ⁊ institutor: ac ibide3 mar
tir gľosus effectus Sicq3 dñs
vniuersoꝝ loquēs olim prībus
in pphetis. Nouissime diebus
istis locutus est nobis in viris
aplicis memoratis ℟ O pre
clari prēs ⁊ incliti ierarchie ce
lesti inditi q sueoꝝ genti pposi
ti. Exhistis fide pacliti grē tra
diti ℣ Cōfessores pcelsi meriti
nr̄os mores forment solliciti.

Plantata igit̃ in regno lcō ſr ſuecie fide catholica: et iuxta apl'icam traditōez mgr̃io venerabiliũ pr̃m ꝓdictoꝝ eccleſijs iſtitutis: terra nr̃a dedit fructũ ſuũ Creſcēte namq3 fideliũ ml'titudine flores appuer̃t in terra nr̃a. nō iam aliũde adducti· ſed natiui ſanguis germie ꝓcreati· Qui virtutũ exēplis et actib9 gl'oſis ſuecanā eccl'ia3 laudabilit̃ illuſtrarũt Hÿ ſunt glorioſiſſim9 rex ſcũs ericus: ⁊ vir venerādus btũs botuidus qui triũphali coronati mr̃io btās celo aīas intulerũt Hos ſequũtur inſignes vidue vita et moribꝫ p̄dicande· ieiunijs· vigilijs et oꝛonibꝫ inſiſtētes· largas elemoſinas faciētes· infirmos viſitantes· btā videlic3 helena de weſgocia que et meruit ꝑ palmā mr̃ij coronari. Btā q3 birgitta femia mirifica multaru3 nationũ teſtimōio p̄dicata: cũ qua locutus eſt de9: ⁊ oñdit illi ſecreta ſua Iũgit̃ in gl'a felix ⁊ btā katherina eiuſdē ſcē birgitte filia. quā ab infantia op̄s deus ꝓdigijs ⁊ miracul' ml'tiplici ter inſigniuerat· et vſq3 hodie nō deſinit inſignire ℞ Per tuoru3 tuaq3 vulnera ihũ nr̃a remitte ſcelera ne captiōs ducāt ad infera· Noua ſint oīa recedant vetera ℣ Btōꝝ p̄clara opera nobis p̄ſtēt et̃na munera

Hÿ ſci q̄ꝝ ho Ad laud an̄ die celebrant̃ ſolemnia iam reuelata facie regē cernũt in gl'a an̄ Ut hos q̄ ꝑ p̄ronos aſſeq̄mur celi thronos in illoꝝ die feſto chorus nr̄ let9eſto an̄ Nos ad ſanctoꝝ gl'am p9pñtē miſeriā ꝑ ipoꝝ ſuffragia xp̄i ꝑducat gr̃a. an̄ Excuſent apud dñm reorũ lapſus hoim remota qui caligine lumē vident in lumie an̄ Hos p̄ronos pariter leti veneremur vt cũ hÿs ꝑhēnit̃ in celis colletemur Capit· Hÿ ſunt viri mie. Ymnus

Iam dies adeſt celebris: ⁊ lux ſuccedit tenebris: nā fides ydolatrie ⁊ veritas fallacie Sueoꝛum nũc eccl'a gaude plaude ml'tiplica pro tue lucis gl'a: deuota laudũ cātica Parētes verbo gr̃e: q̄s veneraris hodie: tibi ſunt cauſa gl'ie et fidei p̄micie Quā p̄cioſi mr̃es: q̄ gl'ioſi p̄ſules: q̄ venerāde vidue: ꝯſortes indiuidue Dum de valle miſerie· ſcandunt ad thronũ gl'e: cām p̄ſtāt triſticie tibi relicte filie Sed geminat̃ gaudiũ: nati ſurgũt ꝑ prībꝫ: felix redit mr̃ium: ſuccedēs confeſſoribꝫ Per p̄ronoꝝ Lauſ patri ℣ Iuſtoꝝ a Sup bn̄d an̄ Triũpho gaudēt regio amicti ſtola gl'e trāſcēſo mortis ſtadio

patroni regni suecie sūmo fru-
unt̄ p̄mio vitam ducūt in reqe
labore verso p̄uio in gl'am vic
torie ps Bn̄dcūs Ad vj cap
Generatio eoꝝ ecclasti xliiij
et gl'a eoꝝ nō derelinquet̄: cor-
pa eoꝝ in pace sepulta sunt: et
nomē eoꝝ viuet in secl'a ad ix.
Sapiaꝫ eoꝝ narrabūt om̄es
ppl'i et laudē eoꝝ p̄nunciet oīs
eccl'a sanctoꝝ In ij vs añe de
laud ps et v de m̄ibus Ad
mgt añ Qui vos p̄res vene-
rant̄ amplectētes intime et qui
vr̄e ḡtulantur dono ptis opti
me p vos vitam ↄseq̄ntur lucis
amenissime in q̄ semp gl'antur
btōrū aīe Per octas Legēda
Ad vesperā venit colūba de
ferēs signū clemēcie in ore suo
dn̄ datis nobis p̄conib⁹ vbi di
bitantib in regiōe vmbre mor
tis ianua celestis apitur Btūs
em̄ hō quē tu erudieris dn̄e: et
de lege tua docueris eū ¶ Ex
ultet igit̄ rectaꝝ fides mēciuꝫ.
et cor ingenti pfusum gaudio.
diui amoris affluēcia dilatatū
resolutis in laudē vocib iocū-
det̄ Magnū quid erat ad yma
gineꝫ dei nos esse creatos: sed
nichil nobis nasci pfuit nisi re
dimi pfuisset ¶ Impletū est in
fine seculoꝝ qd erat ab eterno
dispositū vt abrahā fieret pat
oīm gentiū et in semine ei⁹ cō-
cessa bn̄dictōe in possessionē he
reditatis et̄ne vniuersitas ad-
optōis intraret In iij feria
Merito diuine clemētie
venerandisq̄ p̄ronis
nr̄is recolēde festiuitatis dies
celebrat̄ in terris: dum nr̄e vo
cationis ac repationis inicia.
causam p̄stant iocūditatis i ce
lis. Credimus em̄ celestē illaꝫ
supnāq̄ ihrl'm in nr̄a ↄuersiōe
diuinis exultasse ac iubilasse p̄
conijs: quā eciā sup vni⁹ pc̄to-
ris p̄nia dn̄s ac saluator nost̄
gaudere testatur ¶ Hodierna
igit̄ die btissimoꝝ p̄ronoꝝ nr̄o
rum sacra solēnia festiuis lau-
dibus monemur attollere: in q̄
nr̄e p eos vocatōis ad gloriaꝫ
rep̄ntamus exordia. Prouiden
tia namq̄ misc̄die dei disposi-
tum bn̄s peunti mundo in no-
uissimis tēpibus subuenire sal
uatōem oīm gentiū p̄finiuit in
cristo ¶ Ut quia cunctas na
tōes a veri dei cultu impi⁹ du-
dum error auerterat: et ip̄e pe
culiaris dei ppl'us isrl' ab insti-
tutis legalibus pene exciderat
cōclusis om̄ib sub pc̄to om̄iuꝫ
misereret̄ et vt clarior fiēt ex-
ercente gr̄e magnitudo: placu-
it abolendis pc̄tis hoīm sacrā
remissiōis afferre: qn̄ nemo po
terat de suis meritis gloriari.
In quarta feria.
R

Unigenitus siquidē dei fi-
lius scd̄m plenitudinē
tpis quā diui cōcilij inpscruta
bilis altitudo disposuit recōcili
andā auctori suo naturā gene-
ris assumpsit hūani: de celesti
sede transcendēs et a pr̄na gl'a
nō recedēs Qui cū sit splēdor
glorie candorq lucis eterne ac
verbū pr̄is manifestatiuū. nr̄e
mortalitatis indut9 suba in di
ebus hūilitatis sue. inuisibilia
dei a mūdi sapiētibus abscōdi
ta mortalibus patefecit. Tu.
¶ In medio namq terre appa
rere dignatus ē et humane sa-
lutis sacramēta clementer ope
ratus. sui sacratissimi oris opa
tione. pn̄ie salutaris remedia.
celestis regni sperāda et obtinē
da gaudia. et'ne trinitatis glo-
riā ac paterni nomis excellen
tiā reuelauit. Pater inqd mani
festaui nomē tuū homib9 quos
dedisti michi ¶ Subsecuta sūt
itaq multa celestia documēta
quib9 p̄dicande p vniuersū mū
dum fidei autoritas cōderetur
Adhuc inquit multa habeo vo
bis dicere sz nō potestis porta-
re mō. Cū aūt venerit ille spi-
rit9 veritatis docebit vos oīa.

Feria v

Peractis igit' omib9 que euāgelice p̄-
dicatōi et noui testamēti miste-
rijs congruebāt corā discipulorū
oculis ferebat' in celum. Et dū
cōplerētur dies pentecostes re
pleti sunt apl'i spūsancto. et ce-
perunt loqui. etc. Ab illo igitur
die tuba euāgelice p̄dicationis
intonuit: et vniuersam terram
aridā rore celestis docmatis
irrigauit ¶ Ipsi q bt̄i apostoli
āte passionē dn̄i spū sancto nō
caruer̄t: sed postq̄ spūs dei ha-
bundantia sūt pfusi. ardentius
velle et efficacius posse ceperūt
qua forma q̄ regl'a q̄ morū ob
seruātia vite celestis in t'ris ia
cerēt fundamēta ¶ Eūtes er
go in mundū vniuersū sic ē eis
iussum fuerat: p̄dicabant euan
geliū omi creature Et qz scd̄m
apl'm nō cognouit mund9 p sa
pientiā deū: placuit deo p stulti
ciam p̄dicatiōis saluos facere
credentes Tu.

¶ Feria vj

Fuere tūc tpis ppl'i quidē aquilonariū ac insular
regionū. qui sicut hītatiōe et si-
tu terrar a loco vbi steter̄t pe-
des dn̄i sic sensu q et ritu longe
a salute sua velud in regiōe dis
similitudinis morabant' In q-
bus erat et suecia regio boreal'
ac occidua infidelitatis gelici-
dio et gētilitatis erroris torpo
re constricta ¶ Hec itaq pia dei
dispensante clemētia in temp9
aliud miserēdi fuit dilata. do-
nec vniuersor dn̄s de stantib9

ociose p diem. denario diurno aliquos videret ydoneos: ac id circo in vineam suam hora sal tem mittēdos vndecima. Tu.

Et si igitur interim distulit supnus artifex illis inferre mi steria nec scm datū canibus pe dibus calcaretur: nō tamē ab ipis misericordiam suam in finē ab stulit. Tempore inquid accepto exaudivi te: et in die salutis ad iuvi te. Tu aūt. Sabbato

Quāvis aūt in regno sue orū vetpote in finibꝫ aq lonis seposito. post natōes alias fides cristi pdicata fuerat et sus cepta: gēs tn̄ gothoꝝ que et sue oꝝ in ptibus italie hispanie ac aliarū circūiacentiū regionuz in quibꝫ a patria sua potenter egressa sedes suas collocauerat quasi pma occidētaliū gentiuz xpiane pfessionis sacmenta sus cepit. Huiꝰ eciam gentis re ges q̄plurimi in lege dei volun tarij. fidem ipam gl'iose puere rūt put auctentice cronice et eccl'iasticoꝝ scriptoꝝ testantur historie. De quoꝝ vno satis cla re patuit supra in legēda quez fidei catholice iunxit. regni sue cie pronus eximius scūs ansga rius. Post dormitōem vero sancti ansgarij facta est fames audiendi verbum dei in terra sueoꝝ. Paruuli eiꝰ pecierūt pa nem doctrine: et nō erat q frā geret eis. Sed qd faciet ille ce lestis agricola vinee desolate quā exterminauit aper de silua? Videns inqt ihūs turbas mi sertus ē eis. Excitauit tandez cor fidel' athlete sui bti sigfridi ad suscipiendū opus ministerij sui. cui tres nepotes suos viros religiosos vnacum bto eskillo psanguineo suo p dextras soci etatis adiūxit. In octā pronoꝝ

Credimꝰ em btissimā vir ginē mariaz celoꝝ regi nā inexhaustis visceribꝰ pieta tis sup miseros fuisse cōmotā: cū bto iohē baptista qui vene rat parare dn̄o plebē pfectam gl'iosissimisq3 apl'is q missi fue rant in vniuersuz mundū pdi care euangeliū omni creature. Btissimo q3 laurētio nr̄e salu tis ministris et coopatoribꝰ a pud deū suis precibus impetrs se: vt vinee sue desolate et pasto rum destitute solacio: cultores in verbo domini destinaret. Tu autem. Hij sunt ergo pa troni tui o swecia. primi atq3 precipui: quorum precibꝰ pul satus et rogatus instantijs. do minus ac saluator noster eter ne tibi salutis operarios desti nauit: sepe prefatos. Tu autē.

Et nō solū hos verumeciā ex tantoꝝ venerabiliū pronoꝝ

doctrina suscitare dignatus e. alios nō aliunde adductos: sz natiui sanguis germine vtriusq; sexus hoies pcreatos: hij supius enūerati sunt quos deus omnipns pdigijs et miracul' multiplicit insignuerat: z vsq; hodie nō desinit insignire. Tu aūt

¶ Licet igit alma mater ecclesia militās in lateribz aquilōis sub ptectione dei celi cōsistens eiusdē dñi sui sacra psecuta vestigia vniuersos in regnis celestibus cstitutos iuxta romane traditōis exemplar altis attollat honoribz et sincera deuotione ccelebret: singl'ari tñ humilitatis affectu z sinceriori magnificat famulatu glosissimos pronos suos. quorū suffragātibus meritis z doctrinis. erroz tenebris pfugatis euāgelice veritatis lumē aspicere meruit.

¶ Ut tāto ab ea ppensius honorari se sentiant quāto eaz p ceteris glosius illustrant Qui viuētes in carne pdictā ecclesiam mirifice plātauerūt sublimiter erigēdo et disciplis sanctissimis dirigēdo. Ac post eorū felicē decessum cōtinuis oroni bus et suffragijs adiuuādo. qs et cristi clemētia signoz et pdigioz freqntia. aplicecq; auctoritatis sentētia festiua celebritate decreuit esse venerādos Tu

¶ Glosos aūt pronos nros quoz supius expssa sunt noia. vnacū btō brynniolpho vesgothoz epo cui9 gestus sanctitas. et apud deum merita nō sunt a cristicolis penitus negligendi: glosissimus deus in sanctis suis q sublimiter secuz in celesti palacio collocauerat signoruz immēsitate dignāter oñderat. et quotidianis oñdit miracul'.

Lcō vij sit omel' dñicalis

¶ Qua ppter sperām9 et humili deuotione rogamus vt sicut ipoz sic alioz sibi placentiū reliquias virtutes z merita peccatis hoim erigētibus hacten9 occultata tpe beneplaciti mie sue reuelare dignet. ¶ Ad honorē et gl'am sui scissimi nois sanctoz veneratōem et viuētium csolatōem z excitandā deuotōem ac scē sue eccłie corroboratōem. p viscera mie redēptoris et saluatoris nři viuētis et regnātis in secula seculoruz amen

¶ In festo scē margarete virginis Collcā

Deus qui btām virginez margaretā ad celos p mřij palmā venire fecisti: ccede nobis qs vt eius exēpla seqntes ad te puenire mereamur. Per dñm.

Beata margare Lcōes tha in pago anthioceno ex gētibus nobilibus edita nu

trici tradit: a qua studiose nu-
trit Adulta xpianitatis meri
tū suscepit. et virginitatis ɔcepit
amorē Morit interea mr Cū
qz pr ꝓpter xpianitatē illā exo-
sam heret. illa in domum nutri
cis se ɔtulit: et eius oues pasce
bat ¶ Erat aūt mire pulchri
tudis et oculis oīm grosa. Ac
cidit aūt vt pfectus olibri9 faci
ens iter raptus eius pulcritu-
dine: sisti eam sibi iuberet. Im
pudico psidi vgo pudicissima
pntat. ad qz sic loquit Cuū no
bis bona puella et nomē et ge-
nus et religionē edicito Illa re
spōdit. Margareta vocor. ge-
nere sum nobil. et religiōe cri-
stiana. ¶ Ait pses. Duo pma
sibi ɔueniētia sunt. terciū vero
absurditas ē. Nā quid insipiē-
tius. qz vt deuz sibi quis faciat
crucifixū? Margaretha rndit
Dic oro vn nosti xpm crucifi-
xū. pses dixit Ex libris xpiano
rū. Margareta rndit q vecor-
dia ē. vt cum in eisdez libris le
gat et pena xpi et glia alterum
credatis alterū rēnuatis? Tu
¶ Ad hec et similia pses ita cō
motus inquit in carcere reclu
dat. Cras melioris forte fiet
consilij. Fit repente qd iussū fu
erat. altera die pntat. Ad qz p
ses Margaretha optio tibi da
tur Aut sacrifica dijs et digna
eris thalamis nris: aut si rspu
eris diris cruciatibz ɔsumeris
¶ Margaretha rndit Fac qd
potes: quia qd vis ego nō faci
am Ad hec eruit: suspēdit ver
berat virgis acerrimis sangui
nis riui fluūt nec suspirat illa.
Tunc pses Miserē pulchritu
dinis tue At illa Misereor pul
critudinis aīe mee ne decorē q
dam imagis diuine ¶ Tūc p-
ses irridemur ait. Adhibeatur
vngula durior q carnē scindat
ossa denudet viscera pādat. V
na ne nos puella supabit Dixit
et facta sunt oīa Flent igit cir-
cūstantes miserētes seuū tenē
cruciatuz puelle. At illa omis
vra miseracio circa corp9 occu
pat Carnalia tm diligētes car
nē tm cruciari doletis. ¶ Ego
vero q magis anie qz corporis
amo salutē: vni9 pena mercator
vtriusqz glam Dijs aūt sic sepe
dixi nūqz diuitatis exhibeo cul
turam Audiēs hec pses excla
mat Jam nō pcam tollatur ad
carcerē trahat: noua excogita
bo penarū genera ¶ Rapit ex
templo claudit in tenebris: sed
lux in carcere diuinit9 est accē-
sa. q sole clarior radiauit Tūc
antiquus hostis quā penis supa
re nō potuit. aggreditur terre-
re fantasmate Transformatur
itaqz in draconē terrificum: et

quasi deuoraturus eã impetuz facit in virginẽ. Sz illa signo crucis opposito: pdigium dedu xit ad nichilũ ¶ Sed nõ desti tit aduersari⁹ formã induit ho mis: ꝛ spẽ quasi ꝯsulentis ami ci carcerẽ ingredit. At vbi vir go vidit ipm p spm intellexit: et ꝯsumptõe virtutis xpi mãu ceruicẽ eius apprehendit. deie cit ad terraz. et pede scõ caput impiũ calcãs ait. Sternere in quit sub pedib⁹ femĩe supbe de mon. Tu. Praxedis virginis Collcã Exaudi nos de⁹ ℟ cõs

Virgo venerabilis pra xedis cũ esset afflicta p pter transitũ germane sue po tentiane multi nobiles xpiani veniebãt ꝛ ꝯsolabant eam cuz sancto pio epõ. Eodem tpe ro gauit ipa scm pium epm: vt in termis nouati qui iã in vsu nõ erat: ecclesia edificaret. q: edi ficium magnuz ꝛ spaciosum in eisdẽ videbatur esse ¶ Quod ꝛ placuit scõ pio epõ. ꝛ edifica uit t̃mas nouati in noie beate praxedis virginis accepta po testate in vrbe roma Post an nos duos ꝛ dies decem ꝛ octo facta est persecutio magna cri stianorum ita vt traherent ad ydolorum culturã. ꝛ m̃lti mar tirio coronati sunt Virgo aũt praxedis feruens spũ: multos cristianos occultauit in eodẽ titulo quos et cibo pascebat et verbo sancti spũs. Tu autem.

¶ Tunc diuulgatum est anto nio impatori ꝙ conuentus fie ret i titulo praxedis. Qui mit tens tenuit multos inter quos eciam tenuit sinitriũ ꝓ̃biteruz cum aliis viginti duobus quos sine interrogatione gladio feri ri precipit in eodem titulo Ho rũ corpora noctu beata praxe dis collegit: ꝛ sepeliuit in cimi terio priscille sub die septimo kalendarũ iunij Tu autem:

¶ In festo beate marie mag dalene añe et pš feriales Cap

Fallax gracia puer xxi ꝛ vana ẽ pulcritudo. mu lier timens deum ipa laudabi tur. Date ei de fructu manuuz suarũ et laudent eam in portis opera eius Deo grãs. Hym Accessit ad pe. ymnus.

Lauda mat̃ ecclesia: lau da cristi clementiã: qui septem purgat vicia per septi formẽ gratiam Maria soror lazari: que tot cõmisit crimia ab ipsa fauce tartari: redit ad vite limia Post fluxe carnis scandala: fit ex lebete fiala: in vas trãslata glorie: de vase cõ tumelie Egra currit ad medi cum: vas ferens aromaticum: et a morbo m̃ltiplici verbo cu

ratur medici Contriti cordis vnctio: cum lacrimarũ fluuio. et pietatis actio: ream soluit a vicio Surgentem cũ victoria ihm̃ vidit ab inferis prima me retur gaudia: que plꝰ ardebat ceteris Summo deo sit gloria pro m̃ltiformi grã: qui culpas et supplicia remittit et dat premia ℣ Dimissa sunt ei peccata multa. Qm̃ dilexit multum. Sup magt añ Fidelis sermo ⁊ om̃i acceptõe dignus: quia cristus ihesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere ⁊ qui nasci dignatus est de maria virgine tangi non dedignatus est õ maria peccatrice Hec est illa maria cui dimissa sunt peccata multa qm̃ dilexit multum. Hec est illa maria que resurgentem a mortuis ꝑma omniũ videre meruit dñm nostrũ ihesum cristũ quẽ pro nr̃is reatibus oret q̃us ineternũ Coll'.

Largire nobis clemẽtissime pater: ꝙ sicut beata maria magdalẽa dñm ihesũ cristũ sup om̃ia diligẽdo suorũ obtinuit veniam peccaminum ita apud tuam misc̃diaꝫ sempiternaꝫ nobis impetret beatitudinẽ Per. Inuitato Florem coram dño cum maria Ut veniam mereamur cum illa. ps Venite. Hymꝰ. Lauda mr̃ ec. In j noctur añ Ingressus ihesus in domũ symonis pharysei cum egrotis medicus discubuit: ⁊ ecce maria mulier egrota in domum ad medicum salutis desiderio facta impudẽs audacter irrupit ps et ℣ de vna ṽgine Añ Que dum lacrimosa ad eũ medullitus ingemuerat a peste mox curatur: qua misere languerat septem quippe nequicijs verbo medicus effugatis igniuit cor eius incẽdio ardentissime caritatis. Añ Intendit plene maria peccati rubiginem que arsit tam incõparabiliter per inextinguibileꝫ sanctissime dilectionis ignem. ℣ Diffusa est gratia in labijs. Sermo de diuers̃ dictis euangelistarũ. Lectio prima

Fuit igitur scd̃m seculi fastum clarissimis exorta natalibus beatissima maria magdalene que vt patruꝫ asserunt traditões a magdalo castello maria magdalene nuncupata est. Hanc non soluꝫ generis sui dignitas verum eciam p̃rimonij iura et parentum successus splendidã reddiderant. adeo vt duplicatus honor nomis excellentiaꝫ circumquaqꝫ diffunderet. Tu autem. Rm

Soror marthe maria sedens secus pedes dñi. Audiebat verbum dñi v Martha satagebat circa frequens ministeriuz at Solent enim Lctō ij. maria apud hoies plus diuitū q̄ pauperū sciri noia sed q: rez affluentiā voluptas interdū sequitur comes: adolescentioris vite tpa lubricis supposuit regenda discursibus soluto pudicicie freno Hec ē illa mlr in ciuitate peccatrix cui scdm lucam q: dilexit multū dimissa sunt pcta mlta R Martha stetit et ait dñe non est tibi cure q soror mea maria reliquit me solam Ministrare. v Dic ergo illi vt me adiuuet Ministrare Lcō iij. Hec ē cui scdm marcum surgens ihūs primo appuit: de q̄ eiecerat septez demonia. hec ē que sup dm capud pciosum liq̄rem effudit odoris. hec est que accepta clemētia postpositis omnibus adeo dño familiaris est effecta vt ipm nō soluz mente sed eciā corpe sequeret de ppriis facultatib eidem ministrās. R Maria vt ibm adesse audiuit cito surgit Et ad eū venit. v In illo loco vbi marta erat occurrit maria In ii noct aū Intēdens porro maria vnum qd est necessariuz sororēq3 linquens solam circa frequēs ministerium secus pedes dñi sedebat et verbum illius semp audiebat. Añ Ihūs dum vocat mariā p sororē nunciat surgit illa cito et exit ei obuiam et cū venisset vbi erat ad pedes eius plorans pcidebat añ Maria ergo accepit libram vnguenti nardipistici preciosi et vnxit pedes ihū et capillis suis tergebat et domus impleta est ex odore vnguēti v Spē tua Lcō iiij Hec est de qua dñs ait Vbicunq3 predicatum fuerit euangelium istud in toto mundo: dicetur et q hec fecit in memoriam eius. Hec ē que sedens secus pedes dñi et audiens verbum eius optimam partem elegit. Rm Cum venisset maria vbi erat ihesus videns eum cecidit Ad pedes eius v Sicut peccatorum veniaz sic fratri suo obtinuit vitam Ad pe. Lcō v Hec est quā scdm iohannez diligebat ihesus. Vnde vt vidit eam corruentē ante pedes suos plorantē sup frē suo mortuo. et iudeos qui cū ea venerāt plorātes: infremuit spū. Qua i re germinis sublimitas ac secularis pompe dignitas ipsius in hoc dinoscitur: quādo iam in quadriduana fratris morte tāta nobilium et potentum multitudo iudeoruz ad ipsius mitigā

dum confluxerāt dolorem: nec passi sunt sine sui pn̄a ad fr̄is tumulū eam ꝑerare Tu autē
R Accepit maria libram vnguenti nardipistici preciosi Et vnxit pedes eius et capillis suis extersit. V Stans retro vt peccatrix sec⁹ pedes domī hos lacrimis lacrimando rigauit.

Lectō vj

Hec est que disci pulis terga vertentibus cū domino in cruce posito remansit nec a mortuo potuit separari: quousq̧ eum in sepulcbro collocari prosperit. Mane autem sabbati cū adhuc tenebre eēnt neq̧ ꝑpter sexus fragilitatem neq̧ ꝑpter magnitudinē lapidis neq̧ propter metuz custodum retracta cū aromatibus ad sepulchrū intrepida ꝑueit. Tu autē R Accessit ad pedes ihū peccatrix mulier maria Et osculata est et lauit lacrimis ꝛ tersit capillis et vnxit vnguento V Dimissa sūt ei peccata mł̄ta qm̄ dilexit multum. Et oscu

In iij nocturno an̄ Cum esset betanie ihesus venit maria habens alabastrum vnguēti nardipistici preciosi. et fracto alabastro effudit super caput eius An̄ Amen dico vobis vbicunq̧ predicatū fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur q̄ hec fecit in memoriam eius. An̄ Fundans syon in saphiris rex criste altissime ac ꝓpugnās iaspidibus te ex fide scientibus memor raab ꝛ babilonis cum maria magdalena ꝓfer nobis que et illis pietatis magnalia. Vt ex corde penitentes nos alienigenas hĳs quādoq̧ colletaris miserator perficias V Adiuuabit eam

Scd̄m lucam vij

In illo tpe: Rogabat ihesum quidā phariseus: vt manducaret cū illo Et ingressus domum pharisei discubuit Et reli

Omel' be grego. pape

Cogitanti michi de marie penitentia: flere magis libet q̄ aliud dicere Cuius enim vel saxeum pectus ille hui⁹ peccatricis lacrime ad exemplūz penitendi non emolliant? Considerauit namq̧ quid fecit: ꝛ noluit moderare quid faceret Tu.
Rm Cum esset dn̄s in bethania in domo symonis leprosi. accessit ad eum mulier habēs alabastrum vnguenti ꝑciosi V Quod fecit in memoriam ei⁹ et effudit super caput ipius recumbentis Accessit

Lcō viij

Super conuiuātes ingressa ē non iussa venit inter ep̄las lacrimas obtulit Discite quo dolore ardet que flere inter epulas non erubuit. Sed ecce qa turpitudis sue maclas aspexit:

lauanda ad fontez misꝛdie cu-
currit. cōuiuantes non erubu-
it. Nam quia semetipam gra-
uiter erubescebat intus nichil
esse credidit. quod verecūdare
tur foris Tu aūt Rm Ubicū
q̄ p̄dicatum fuerit euangeliuz
istud in toto mundo dicetur q̄
hec fecit in memoriam eius v̄
Mittens hec vnguentum hoc
in corpus meum ad sepelicōū
me fecit dicetur. Lcō ix
Quid igit miramur fratres:
mariam veniētē an dn̄m sus-
cipientē? Suscipientē dicā an
trahentem? Sed melius susci
pientē et trahentem. Quia m
mirū ipam per misꝛdiaz trarit
intus qui per mansuetudinē su
scepit foris. Tu autem. Rm
Armilla perforata ē leuiatan
maxilla: per cuius foramē sub-
tracta es o maria: adiuua er-
go nos vt qui in illaz incidim⁹
peccando te imitātes valeam⁹
subtrahi Penitendo v̄ Diuina
misꝛdia te interueniente nō so
lum nos in ore leuiathan ire p
hibeat sed ab ore eciaz redire
cōcedat Penitēdo Ad laudes
Maria stabat ad mo añ
numentum foris plo-
rās dum ergo fleret inclinauit
se et prospexit in monumentū
Añ Et vidit duos angelos in
albis sedentes vnum ad caput

et vnum ad pedes vbi positum
fuerat corpus ihesu Añ Di-
cunt ei illi: mulier quid ploras
quem queris. dicit eis quia tu
lerūt dn̄m meum et ego nescio
vbi posuerunt eum Añ Hec
cum dixisset cōuersa est retror
sum et vidit ihesum stantem et
nesciebat quia ihesus est. Añ
Dicit ei ihesus mulier qd plo-
ras quem queris: dicit ei: dn̄e
si tu sustulisti eum dicito michi
vbi posuisti eum et ego eū tol
Mulierem fortē Caplm lam
quis īueniet pcul et de vltimis
finibus p̄cium eius confidit in
ea cor viri sui ⁊ spolijs non in-
digebit Deo grās Ymnus
Eterni patris vnice nos
pio vultu respice: q̄ ma
gdalenā hodie: vocas ad thro
num glorie. In thezauro rep
sita regis est dragma perdita:
gemmaq̄ȝ lucet inclita: de luto
luci reddita. Ihesu dulce refu
gium: spes vna penitentiū: per
peccatricis meritū. peccati sol-
ue debitum Pia mater et hu
milis: nature memor fragilis:
nos rege tuis p̄cibus: in huius
vite fluctibus Summo deo v̄
Dimissa sunt ei peccata multa
Sup bened añ Dicit ei ihesus
maria conuersa illa dicit ei ra
boni quod dicitur magister di
cit ei ihesus: noli me tangere:

nondũ enim ascendi ad patrē meum Collecta Largire nob Ad horas añe de laud. Ad iij Capl'm Mulierem Ad vi cap Quesiuit lanã et linũ et operata est consilio manuũ suarũ. facta est quasi nauis institoris de longe portans panē suũ Ad Manũ suam misit ix capl'm ad fortia: et digiti eius apprehenderunt fusum manũ suã aperuit inopi: ꝛ palmas suas extēdit ad paupē In ij vespis añe de laudib⁹ ps de vna virgine. Capl'm Mulierem ym̃s Eterne patris v̄ Dimissa sunt. sup magt añ Sancta maria magdalena que cristum a morte resurgentem prima mortaliũ videre meruisti: te supplices rogamus vt ip̄z pro nobis rogare digneris vt eius quã elegisti optime partis nos faciat esse pticipes ℂ Appollinaris mr̃is Deus qui nos Collcã sancti appolliaris martiris tui atq; pontificis annua solemnitate letificas: Concede ꝓpicius: vt cui⁹ natalicia colimus de eiusdem eciam ꝓtectōe gaudeamus. Per d. Lctões Appollinaris discipul⁹ beati petri apostoli iussu eius a roma rauennã venit Et verbis et miraculis refulgens tribunum ciuitatis cuius

vxorem sanauerat cũ magna eius familia baptizauit. Cum ergo famam dux patrie cognouisset. sibi velociter p̄sentatus cum sacerdotibus ydolorũ Ad templum iouis ductus est Tu autē ℂ Ubi cum dixisset aurũ et argentum illic appensum melius pauperibus dari q̄ ante demones sic appendi eicitur et extra vrbem semiuiuus relictus. a discipulis suis in domo cuiusdam vidue sex mensibus refouetur Tu aũt. ℂ Jnde veniens ad vrbem classem dum multos conuerteret: fustib⁹ ceditur: et nudis pedibus supra prunas stare cōpulsus et xp̄m amplius confitens extra vrbē eicitur. Rupbus autē patrici⁹ rauenne. pro filia defuncta lamentans. Appollinari venienti eum cōsolanti respondit Utinam huc non venisses. Dij em̄ irati sunt. et filiam meaȝ saluã facere noluerunt Tu vero qd potes? Tu autē ℂ Cristine virginis et mr̃is. Collecta Indulgentiã nob dñe btã cristina virgo et mr̄ iploret q̄ tibi ḡta sp extitit ꝛ merito castitatis ꝛ tue ꝓfessiōe v̄tutis Per ℂ Jn vigilia scti iacobi apli. ad ix cap. Dn̄s sapia. ceta in ꝯũi. ad v̄s sup ps feri Estote cap iã nō es. R fuerit y⁹

Bina celestis Annue criste Regre sup iohanis an portaz latinā ō In ocm terrā Sup magt an Ecce ego. Collecta

Esto dne plebi tue scifica tor & custos: vt apli tui iacobi muita psidijs & puersati one tibi placeat et secura deser uiat Ad matuti vt in pmui et ad vs de aplis ser. Leois pa

Noscat vra fraternitas dilectissimi rectores to cius xpianitatis qliter in hyspanie integru corpus btissimi iacobi trāslatū est. Post ascen sionez saluatoris nri ad celos aduentūqz spūssancti sup disci pulos ab ipa passioe xpi i reuo lutioe anni tpe azimoz btissimus iacobus plustrās iudeorū synagogas iherosolimis capt9 ab abiathar potifice. sil cuz io sya suo discipulo iussu herodis regis capite plexus ē Sub latū est aut corpus scissimi ia cobi apli: a discipul suis nocte pre timore iudeoz Tūc illi an gelo dni comitāte: puenerūt in iopen ad litus maris Ibi vero hesitātes adinuicez quid agere dērent Ecce nutu dei affuit eis pata nauis Tu autē. Gau dentes igitur intrant in eam: portantes alūnuz nostri salua toris Erectis vero velis cū p speris ventis. cum magna trā quillitate nauigantes super vn das maris: collaudantes clementiam saluatoris. yrie puenerūt ad portuz. Ibiqz pre gaudio ce cinerunt hunc dauiticum versum In mari vie tue: et semite tue in aquis multis. Tu autē.

Egressi autez de naui dedu centes deposuerūt beatissimum corpus in quoddam pdiolum nomine liberum donum distās a prefata vrbe fere octo milibus vbi nunc veneratur. Tu.

In loco autē illo inuenerūt vastissimū ydolum: a paganis constructū Ibiqz circūspicien tes inuenerūt criptam in qua erant ferrea instrumēta cū quibus artifices lapidum erāt assueti agere domoz edificia Tu

Gaudentes igitur ipi clien tuli prefatum ydolum diruerūt atqz minutatim in puluerē redegerunt. Deinde cauantes in altum posuerunt firmissimum fundamētum. Ibi quoqz desuper fecerunt quandam arcuatam domū vbi construxerūt lapideo opere sepulcrum: vbi ar tificiali ingenio conditur corpus apostolicum Super edificatur aut ecclia quantitate nimia que altario ornata diuo fe licem deuoto pandit aditum po pulo. Tu autem.

Scdm matheum scdo

In ill' t: Accessit ad ihm mater filioz zebedei cuz filijs suis adorans et petens ali quid ab eo Et re Omel' ieroni

Ante opinionez regni hēbat mater zebedei filioz. vt cū do/ min⁹ dixerit: filius hoīs tradet principib⁹ sacerdotū et scribis et condempnabūt eū morte. ⁊ tra dent eū gentibus ad illudendū et flagellandū et crucifigendū et ignoiam passiōis timētibus discipul' nūciauerit. illa gloriā postulat triumphantis. ℂ Hac vt reor ex causa. quia post oīa dixerat dn̄s. ⁊ tercia die resur get. putauit euz mr̄ post resur rectōem illico regnaturum. et qd̄ in scd̄o aduētu pmittit pri/ mo esse cōplendū. et auiditate femiea pn̄tia cupit immeōr fu turoz ℂ Postulat aūt mater filioz zebedei errore muliebri et pietatis affectu nesciēs quid peteret. Nec mirū si ista argu/ atur impicie cū de petro dicat qn̄ tria voluit facere taberna/ cula nesciēs qd diceret Respō dens aūt ihūs dixit eis. Nesci tis quid petatis Marthe v'gi. Collecta in cōmūi Lcōes

Martha hospita xp̄i siro pr̄e eucharia mr̄e re/ gali ex pgenie descēdit. Pater eius sirie ⁊ maritime. et multa rū puinciarū dux extitit Tria aūt opida scz magdalum et be thaniaz vtrāqz therosolomitāe vrbis partē martha cū sorore iure matne hereditatis posside bat. ℂ Nūqꝫ autē legit viruz habuisse aut hoīm cōtuberniū subisse. mistrabat autē dn̄o ve nerabilis hospita et sororē pa riter mistrare volebat. qꝛ vide bat sibi qꝫ ad seruiendūz tanto hospiti nō sufficeret eciaz tot⁹ mundus. ℂ Post ascēsionem dn̄i cū fc̄ta essz dispsio discipu loz ipa cū fr̄e suo lazaro et so rore sua maria magdalēa nec nō et bt̄o maximo q̄ eas bapti zauit. et cui a sctō petro fuerāt cōmendate multiqz alij Abla/ tis remis et gubernacul' oīb⁹ qꝫ alimēti ratib⁹ ab infidelibus includunt. qui oēs dn̄o ducēte marsiliā puenerūt. ℂ In festo sancti botuidi mr̄is ps̄ı et aīe feriales. cetera in pn̄i Collcā

Cordib⁹ nr̄is q̄s d̄ vere fi dei splēdor illuceat. ⁊ be ati bothwidi mr̄is tui pia int/ cessio ab istātibus piculis nos defendat. Per d̄. Lcōes

Gloriosus martir cristi btn̄s botbuid⁹ in regno suecie ex honestis parētib⁹ licz paganis duxit originem. Qui cū adhuc iuuenis esset cū alijs cōpatriotis suis negotōis cau sa scd̄m ↄsuetudinem terre. ad

regnū anglie felicit' est pfectus Ubi nutu diuino a quodaz sa cerdote mire scītatis ⁊ sciētie viro hospicio benigna cū cari tate receptus ē cui⁹ moribꝫ vi tā suā cū omī obedientia. hūli tate ⁊ māsuetudine ꝯformauit ¶ Cernēs vero sacdos pdict⁹ btm̄ botuidū tanq̄ paganū a fide fore penit⁹ alienū ipm in ar ticulis fidei perfectissime erudi uit. ac deīn scdm formaz scē ro mane eccl'ie baptizauit ¶ Be atus vero bothuidus post bap tissimi susceptōem: sub ipius sa cerdotis sollerti disciplia p to tam hiemē ⁊ fere p dimidium annū in anglia morā duxit. ¶ Post hec in ꝑpriā regionē et q̄ si lucerna sup cādelabrū lucens posita in medio nationis pra ue et puerse clare lucēs. primo ad dilatōez fidei ⁊ seruitiū De inde ad virtutū exercitium. po stremo vero ad amandum pri mū totalit' se ꝯuertit. ¶ Cum em̄ btūs botwidus quadā die tpe veris apud q̄ndam insulā cuiusdā stagni p captura pisciū separaret: a quodā vicino noī ne bouino iniq̄tate et impieta te pleno ab incepto ꝓposito fu it repulsus. Sed vir sctūs ma lens liti cedere. q̄ inanit' iudi cio ꝯtendere ad aliā quandam insulā in eodem stagno diuerte bat. ipmq̄ innūerabilis multi tudo pisciū sequebatur ¶ Et vbi vir dn̄i pces dn̄o multipli cat familiares eius in verbo suo recia in capturā laxantes. cōcluserunt multitudinē pisci um copiosam Audiētes aūt p uinciales ⁊ vicini q̄ circa pos sessionē illius bouini per totā noctē p capiēdis piscibus iua num laborauerūt. tanti virtu tē miraculi illico ad scm̄ viruz ꝑperant Ipm suppliciter depre cantes vt eis annuat ibidē pi scatōis officiū exercere Q̄ocir co bt̄o botuido annuente sage nas inibi mittētes. naues suas piscibus impleuerūt ¶ Sepe dictus bouin⁹ audito tanto mi raculo de repulsione in btm̄ vi rum fcā penitentiā agēs instan ter petiuit. q̄ sibi licēt in eodez loco sicut alijs p piscib⁹ labora re Btūs botwidus ꝑtin⁹ peti tiōem eius exaudiuit. licet idē bouinus cuz retibus suis labo rando de piscibus nichil cepit. Sāctus botwidus inopie ipi us compaciens ipm adhuc pa ganū primuz in fide catholica sollicite roborauit. Postea ve ro rerbe suum ꝑprium sibi tra debat. Cunq̄ pro ipso fidelis cristi preces fudisset ad dn̄m: duas nauiculas piscibus one rauit Tu autem.

¶ Hijs peractis accidit vt beatus botuidus quendam hominem de slauia oriundū. qui ab hostibus captus iure gentium seruus hostiū factus fuit. libertati pristine restituēs iuxta cōsuetudinem terre eū manumisit. et versus gotblādiam vt inde facilius ad propria rediret associare disposuit. Tu autem
¶ Sed ne per beatum virum cristiana religio proficeret. hostis antiquus mentē supradicti slaui igniuit malicia. vt vitā sancti martiris extingueret. Nam ad quandā insulam rogbō vulgariter dictam homo dei cum naui et familiaribus suis applicans. post orationez domio se cōmendans ieiunijs et laboribus et vigilijs superatus: sub vmbra cuiusdaz arboris obdormiuit. Tu autem.
¶ Sed slauus ille cum securi qua scūs iuxta morem patrie loco baculi vsus fuit caput ei9 confregit et ipm crudeliter trucidauit. Sicqz martir ille venerandus cursum sui certaminis coronante eum dño gloria et honore feliciter cōsumauit. Tu autem.
Cetera in cōmuni ¶ In festo sancti olaui regis et martiris. ad vesperas super psalmos de vno martire Añ.

Sancte martir dñiolaue pro nobis quesum9apud deum intercede vt cōcedat nobis delictorum veniam vite et ne largiatur premia Añ Sancte martir olaue tua deo placita prece nos semper ꝛ vbiqꝫ protege. Añ Sancte martir olaue te humiliter depcamur. vt a peccatorū nostrorū colluuionibus tuis sacris nos expurgas oratōibus Añ Sancte martir dñi preciose adesto nostris pcibus pius ac ppicius. Añ O beate pater olaue piū dñz pro impietatibus nostris deprece Capl'm Beatus vir Rm O quātus ymn Deus tuoruz ṽ Ora pro nobis beate Sup magt añ Adest dies leticie laudis adest materia resultet vox ecclesie. pulset ympnis celestia martir isignis hodie palme ferens insignia: feliciter ex acie traductus in palacia: per coronam victorie vera migrās ad gaudia stolam suscepit glorie: olauus regum gloria.

Collecta

Deus qui es regum corona et mr̄m victoria: annue nobis bt̄i mr̄is olaui et regis tui intercessione pia apud te expiri patrocinia vt p tuaz

quã in eius glificam⁹ passione magnificentiã coronã vite dili gẽtibus te percipiamus repromissam. Per d. Inuita Magn⁹ dñs et laudabil' valde. Qui regis olaui industria in lateribus aquilõis fundauit ciuitatẽ suam ps Venite In i noct añ Regnãte illustrissimo rege olauo apud norwegiam venerũt illic pcones verbi dei añ Rex autẽ ille licet gẽtilis natura tñ benign⁹ erat. et ad honesta qqz seqnda quadã mentis ingenuitate pmptissimus añ Hic euãgelice veritatis sinceritate cõpta: ad baptismi grãm deuota alacritate euolauit Lcõ i

Gloriosus rex olau⁹ euãgelice veritatis sinceritate in anglia cpta fidem toto admisit pectore: ad baptismi gtiam i vrbe rothomagi deuota animi alacritate euolauit Purificatus igit lauacro salutari in anteriora se extendẽs: nouo rerũ ordine rex apli vice fungens ipse dux verbi xpi grãm. passim omibus pdicauit Rm In regali fastigio cstitutus spiritu paup erat rex olau⁹ Ac licet regni negocijs implicatus mentis deuote libera cõtẽplatione meditabatur celestia. v Sordebat ei omis vana spes et terreni regni glia ac voluptas vilescebat. Ac Lcõ ij

Plurimũ pfecit in breui: et innumerabilẽ ppłoz multitudinẽ dño acqsiuit. Explicari mime potest qnta beneficia pplo cõtulit. qntum pfuit dux norwegie rex pfuit Tu R O quant⁹ fidei feruor inuictissimi mris pectus accẽderat: q in medio gẽtium efferarũ cõstitutus Non cessabat tñ salutis verbũ cunctis predicare v Multos hẽbat aduersarios q vias dñi rectas conabant euertẽ Nõ Lcõ iij

Sed ecõtrario ppessus ẽ multas a quibusdã tribulatões. et nec illoz multitudini resistere nõ valens secessit in rutciã: et nec voluntati sue ac pposito tẽpus ydoneũ cõferre dñs dignaretur Ubi a gereslao eiusdem puincie rege magnifico gliose susceptus honore amplissimo: qdiu illic morari voluit habitus ẽ Tu aũt R Iustus vero vt leo cfidẽs absqz t'rore erat. et iuxta exemplum sancti iob. Nõ expauescebat ad multitudinẽ nimiã nec despectio pinqrum terrebat eũ v Offerebat se sponte pculis mriium suscipere nõ recusans In ii noctur Purificatus igit lauachro salutari repente mutat⁹ est in aliũ virũ añ Consepultus xpo p baptismũ i mortẽ i nouitate

vite religionis quā susceperat p̄fectissimus obseruator ambulabat An. Cauebat vehement quicquid fieri lex vetat diuina: quicquid aūt p̄cipit ardētissimo complectebat affectu Lcō iiij

T Alic nō paruo t̄pe demoratus honeststaz vite formam et sue religionis celebre monimentū incolis reliq̄t. Deniq̄ decoctus igne p̄secutiōis: diuino inspiratus instinctu per suecie fines ad p̄pria remeauit Tu aūt R. Itaq̄ deuotissime p̄ficiens officiuz euāgelij indutus lorica fidei et galea salutis Circuibat ciuitates vicos et villas salutarez doctrinam vbiq̄ disseīnās V. Ihū bone q̄ntos labores sustinuit anteq̄ p̄pl'm incredulū ꝯuertere posset Lcō v

I Ndutus igit lorica fidei obiciebat se sponte piculis: m'rium si deo placuiss3 suscipe nō recusans. Quo cōpto veritatis hostes ꝯuocauerūt ꝯsilium iniquitatis: et ꝯuenerūt aduersus dominum et aduersus xp̄m eius. Erat namq̄ doctrina eius operibus coꝝ valde ꝯtraria. Rm Confluebant ad baptismū certatim p̄pl'i: in m'tis norwegie partib' Propt fideliū multitudinē oīs iniq̄tas opilabat os suū V. Cōfusi erant ꝯfidentes i sculptili et numerus credentiuz augebat in dies Propt Lcō vi.

V Nde quidā ex eis cuiusdam affectu kanuti eius aduersarij muneribꝫ corrupti: quidam vero malicie sue instinctu nouaz religionē paternis sc3 legibus ꝯtrariaz recusantes ordinato exercitu in loco qui nūc shiklastad appellat: ignorantē et a sua gente aliquantulū distantez regem bello excipiūt Tu R. Florebat fides et vbertim germinabat verbi dei noua plātatio fabricandis eccl'ijs offerebāt dona p̄pl'i deuoti et alacres V. Exultabat rex plusq̄ credi potest iā laboris sui suauissimos fruct' p̄gustans Fabri In iij nock an.

Nec p̄pria salute cōtētus populos quib' p̄erat ad fidem ꝯuertere vigilanti nitebat instātia. Aū Nouo rex ordine rex apostoli vicē gerens ip̄e dux verbi cristi grām passim oīibus predicabat An Predicatōis grā que diffusa erat in labijs eius plurimos a demonū nephādis cultib' ad veri dei culturam reuocabat. Lctō vij

S Ed illustrissimus martir qui tot' suspensus in celestia p iusticia et fide ꝓpugnatur' exercitu quāto potuit in breui ꝯgregato obuiat inimicis Occumbēs aūt ille millesimo vicesimooctauo āno ab icarnatōe

L

dñi feliciter de castris ad eterni regis palacia de bello migrauit ad pacem Tu. R Deuenerat martir cristi in locũ vbi corp⁹ eius sanctissimũ modo requescit Huius loci incole obstinati in malicia veritatis hostes erant inexorabiles V Hij ergo collecto exercitu conuenerũt in vnũ aduersus dñm et aduersus cristum eius. Huius Lectio viij

Nocte igitur precedente diẽ qua martir inclit⁹ passus ẽ: apparuit ei dñs ihũs xpus: cõsolans eum verbis demulcẽs. Accede inquit ad me dilecte mi: vt laboꝝ tuoꝝ fructum accipias in sempiterna leticia: nro fruẽs cõsortio Rm Egregius martir olau⁹ nocte precedente diẽ passionis splẽdore amictũ cõtemplatur ihm astantẽ sibi ac dicentẽ Ueni care meus tẽpus ẽ vt laborum tuoꝝ dulcissimos percipias fructus V In ammiratione aspectus illi⁹ attonitus celeste percepit oraculum Ueni Lcõ ix

Qua visiõe mr admodũ confortat⁹. et suauitate ineffabili quam perceperat se passioni letus obtulit Iã diuinit⁹ scalã agnoscẽs quam in somnis nuper erectam ad celos viderat. per quam ad dulcedinẽ quã ipe gustauerat feliciter erat ascẽsurus R Rex inclit⁹ olau⁹ mr dñi gl'iosus caritate confortat⁹ diuine visiõe exultãs accessit ad locũ passiõis. Et per effusionẽ sanguis peruenit ad palmam eterne iocũditatis V Felici cõmercio pro celesti regnũ cõmutãs terrenũ regẽ rex vidit in decore suo et in salutari regis magna gl'ia regis Laudes

Post mortẽ mris aq̃ mixta sanguie q̃ de vulneribꝫ fluxerat lauãs cecus oc'los lumen recepit an Implorã opẽ mris durgutthorm⁹ cũ parua manu ingentẽ fudit exercitũ an Ad sepulchꝝ sci mris pnoctãs enormiter cõtracta mlr integre reddita sanitati et leto vultu et alacri animo ad propria remeauit An Adolescẽs q̃ lingua pscisa loqui vsum amiserat ad sepulcrũ mris veniẽs recepto vsu ligue recessit cũ gaudio an Quidaꝫ sacerdos trũcatis mẽbris exanimis implorauit opem mris gl'osi morq; sctũs in somnis ei apparuit et subito plene sospitati restituit Ad bñd an Impator grecus oppssus in plio et attrit⁹ ab exercitu barbaroꝝ deposcit opẽ mris gl'osi. tũc repente sanctus xpianis appens atq; illos precedẽs insignis signifer hostilẽ pfudit exercitũ In ij vs Su per magt an Hodie pciosus mr olau⁹ ab inimicis veritatis occisus pro iusticia: de castris vic

tor ad aulā regi eterni: de bel-
lo migrauit ad pacem q̄ exupe
rat oēm sensum Abdon et sen
nen. Collcā

Deus qui sanctis tuis abdon ⁊ sē
nē ad hanc gl'iam veniendi co-
piosum munus grē ꝯtulisti: da
famul' tuis suoꝝ veniā pccorū
vt sanctoꝝ tuoꝝ intercedentib⁹
meritis ab oīb⁹ mēamur ad-
uersitatibus liberari Per d.

Cetera de mrībus Lcō

Cum decius impator ba
biloniā cū alijs puincijs supas-
set: cepit eodē tpe q̄rere cristia
nos: mittēs auctoritatē suā in
vniuersam psidiā. Tunc accu
sati et decio pn̄tati abdō et sen
nen pmissis ⁊ minis sacrificarē
suadent Et cū flecti nō possent
vincti cathenis in arta custodi
a recludunt ¶ Decius vō cū
victoria romā rediēs cōuoca-
to senatu abdō et sennē sub re
gulos adductos de psida orna
tos auro et gēmis victosq̄ ca-
thenis ad gl'iam victorie iussit
introduci: et eos aut sacrifica-
re et libertatē suaꝝ reꝝ recipe
aut bestiarū morsib⁹ deuorari.
¶ Cōtēpnentes aūt et expuē
tes simlacꝝ ad theatꝝ ptrabun
tur et ad eos duo leones ⁊ q̄tu
or vrsi emittunt Qui cū sctōs
nō tangerēt ymmo eciā custo-
dirēt iniectis in eos gladijs oc
cidunt Tu aūt De scā helena
mrē wesgot. Cap. puerbi vlti.

Mulier sensata ⁊ tacita
nō est immutatio eru-
dite anime: grā sup grām muli
er scā et pudorata: oīs autē
ponderatio nō est digna conti
nētis aīe ℟ Audi clemēs hm̄s

Felix parens wesgocia:
gaudens plaude mltipli
ca: p tue plis glīa: deuota lau-
dum cātica Helena mr̄ hodie
carnis abiecto pōdere: celestis
aulaꝫ curie: scandit de mundi
carcere Claris orta parenti
bus: nobilitatē generis: bonis
ornare morib⁹: cepit ab annis
teneris Post maritale vincu
lum: deo se totā dedicans: salu
tis fit spectaculū: exemplis sig-
nis emicans. Deus creator
oīm: te poscimus terrigene: vt
nos ad celi gaudium: pce pdu-
cas helene Amē Sup magt̄ A
Salue decus pr̄ie mr̄ deo gra
ta ad laudē wesgocie celit⁹ do
nata corā rege gl'ie digne iam
locata: esto regni suecie mitis
aduocata. Collect

Largire nobis q̄sum⁹ cle
mentissime deus inces-
sioe beate helene martiris tue
veniam omniū pccorum: ⁊ q̄s
eius concedis solemnijs gloria
ri da eius precib⁹ gloriosis ce-
litus sublimari. Per dn̄m.

Inuitat. Astant helene solemnia Uirgo mr̄ iubet eccl'ia ps Uenite Ymn⁹ Felix parēs In pmo noct añ Post q̄ hyemps transijt infidelitatis in hac terra pdijt rosa venustatis ps de vna v̄gine añ Stella noue gētis noue claritatis illuxit wesgoci e signis demōstratis añ Postq̄ fines patrie fides illustrauit stella mire gēte statim radiauit Lcō i

Postq̄ hiemps infidelitatis trāsijt: imber psecutoꝝ abijt et recessit Flores apparuerūt in terra nostra Inter quos btā Helena velut nardus odorifera prodijt fama bonoꝝ opm̄ redolēs et igne diuini amoris flagrans. Hec velut stella splēdida et matutina in pncipio nouelle fidei exorta est, exemplis radians et signis chorufcans R Letare fideliū concio deuota nouū fac tripudiū natio wesgota Helene martiriū laudet mūdi rota v Cui⁹ per mundū clarēt miracula nō

Hec de nobilib⁹ parētib⁹ edita: vt susanna quondā in lege et iustificatōib⁹ dn̄i erudita ē. Cū autē annoꝝ nubilium attigisset hitudinē scd̄m moreꝝ terre viro traditur: quē vt sara vxor thobie cum timore dei suscipe ꝯsensit R Hec ē iudith simil' vite sanctitate hester nō dissimilis vultus venustate. v Vbis factis humilis ardēs caritate v Lucēs lucerna p fre climata late Uerbis Lcō ij

Igitur cū mortuo marito ad iterandū thalamū etas ꝛ opes vocarēt elegit magis spūalib⁹ nuptijs deo copulari: in quibus a luctu incipit et ad gaudia etna puenit q̄ carnalib⁹ nuptijs subijci q̄ a leticia sp incipiūt: ꝛ ad finē cum luctu tendunt R Carnal' cōiugij vinculo soluta a labe ꝯtagij carnis impolluta Quasi monasterij iugo substituta v Est sctās viduas scte viuendo secuta In ij noctur añ Hec ē iudith vidua victrix holofernis in certādo strēnua dedita supnis Añ Ministris ecclesie sedule seruiuit egenos q̄tidie pauit ꝛ vestiuit Añ Plane pbat meritū hui⁹ matris piā vt oldan spm̄ gessit pphetie. Lcō iij

Iste soluta vinculo maritali laboriosam viduitatis areā terēs iudith in scām mrerem repn̄tauit. istar cuius ieiunijs et orōnib⁹ dn̄o seruiebat ostiū suuꝫ vt scti iob viatori patuit ꝛ de velleribus ouiū suarū calefcūs est pauper R Offert se discrimini viarum pfecta ad sepulcruꝫ dn̄i pegre pfecta: Ipius crami ꝯmittēs obiecta v Nō cedens hōm cō

stās redit ad suā tecta Ipi⁹ ℟ v
Insup dilexit decorē domus dei et zelus domus dei sic ei in erat: ꝙ magnā ptez eccl'e skōd hwe vbi nūc corpus eius sacꝝ requiescit de impendijs ꝓprijs fabricauit. Sane et in villa q̄ dicit gōtheue: tale vidit somniū p̄sagium futuroꝝ ℟ m Helene de p̄ria scta reuertēti fraudis ꝯflant odia fraudib⁹ intēti So la de malicia nocēt innocēti ℣ Nil obsunt aīe celestia reḡ pe
Uidebat ei ꝙ Lctō vi tenti eccl'ia illius loci simul cum ipa existente in ea skōdhwe transuolaret. Cuius somnij diuina reuelatōe hanc dixit esse interpretatōem ꝙ gōtheue moritura sed skōdhwe foret sepliēda Sicut rei postmodū probauit euētus ℟ Peracta felicit hora passionis gaudet etnalit celi digna thrōis. Fragrat odor dulcit ex vnguēti donis ℣ Clarent pdigia sua p fines regiōis In iii noct añ Hec est anna sobria mr̄ samuelis paciēsq₃ filia sara raguelis. Añ Abigayl sapiēs in ea reuixit delbora q₃ p̄sciens que futura dixit. Añ. Legis dei studio fuit vt susanna mētis desiderio phāuel ā̄na
Accidit igitur Lcō vij vt quidam nobilis filiā beate helene mr̄imonio sibi copulatām nimis exosam habēs freq̄nter verbis et verberibus lacesceret. Serui autē de familia ꝯtumelias dn̄e sue iniuste illatas moleste ferētes tetenderūt eidē dn̄o suo insidias et eū occiderūt ℟ Oliua dum premit dulcor eliquat: vua calce tundit vt vinum fundat palea cōcutit. Ut granuz legatur ℣ Helena dū patitur aīe celū re
Propinqui ve Lcō viij ferat ro occisi p nichilo duxerīt mittere manus vltrices in seruos illos. sed admissum crimen famule dei impingētes ipam con sciā₇ machinatricē fusi sanguinis fuisse dixerūt Factiq₃ sunt ei ex tunc hostes inexorabiles. Ipa aūt bonitatis ₇ pacis filia: innocētie alumna: sciens ꝙ pacia opus ꝑfectū habet: bene fecit hijs qui oderūt eam. et orauit p ꝑsequentibus et calumniantib⁹ se. certissima de hoc ꝙ persecutores sui sibi coronā fabricarēt in celis ℟ In celi rosario poni rubens rosa meruit mr̄io martir glosa. Cui⁹ intercessio q̄ sit fructuosa. ℣ Hoc patet indicio ꝙ curat membra leprosa Cuius. Lctō ix
Quadā em die dum p indulgentijs iret ad ꝯsecratōem ecclesie de gōtheue: quidaz de aduersarijs suis funesti in eā insi

lierunt: ⁊ diris in eã impressis
vulneribꝫ saciato ense iuste sã-
guine: velut ouẽ innocentẽ spũ
supna petente ipam dimiserũt
occisam Occubuit aũt kl's au
gusti de bello migrãs ad pacez
que exupat oẽm sensum. ℟m
Audi clemẽs dña pces tue gẽ-
tis gaudẽs inter agmina curie
gaudẽtis. Sis inf discrimina
vite dux psentis ℣ Que fueras
solita gemitꝰ releuare dolentis
Ad nouũ Ad laudes añ
A pconiũ mr̃is accedit q
vir vibrans gladiũ ferit ⁊ non
leditañ Mira lux emicuit ce-
litus in dumo ostendẽs quo ia
cuit digitus in humo añ Lecꝰ
tangẽs digitũ mr̃is abscisum:
mox p eius merituz est adeptꝰ
visum añ Miram fidẽ habuit
vt granũ sinapis qd pbat ⁊ in-
nuit eleuatꝰ lapisañ Claudis
gressum tribuit ⁊ surdis audi-
tum cecis lumen pbuit deuote
Adest triumYmus. petitũ
